int̃ cęteraſ cauſa ſũmaq; ratio aſſignari ualebit: quoniã te
ſte hieremia: oculi hominũ ad auaritiã ad ſanguinẽ innocẽ
tum fundendũ: ad calumniã: ad curſũ mali opis intẽti ſũt.
Quodq; & geneſis libri ꝓclamãt: qa uidit deus q; multa
malitia hominũ eſſet in terra: & cũcta cogitatio cordis in
tenta eſſet ad malũ. & in ꝓuerbiis ſcribit̃: pedes hominũ
ad malum currũt. Et iterꝫ in hiermia: de malo ad malum
egreſſi ſunt. q̃re recte eos mala ſequunt̃: q mala cogitãt &
operant̃. Quod ſenſit Dauid cũ ait: cõprehenderũt me ma-
la quorꝫ nõ eſt numerus. Hinc grego. nulla dñabit̃ aduer-
ſitas: ſi nulla dominat̃ iniqtas. Nec aliud clamabat ſapi-
ens. Corda inqt filiorꝫ hominũ replent̃ malitia & cõtẽp-
tu in uita ſua. Et ſubdit: & poſt hæc ad inferos deducent̃.
Natura enĩ humana tã natalit̃ deꝑuata eſt: ut ex ſe muta
ri non ualeat. q̃re neceſſe eſt eã comitent̃ mala: ſequãt̃ ad-
uerſa. Hinc idem ſapiens: nequã eſt natio illorꝫ & natura
lis malitia ipſorꝫ: qm̃ nõ poterat mutari iniqtas eorum

imppetuū: ſemē enī illoꝝ erat maledictū ab initio. Sed di
ces iuſte quidē malos mala ſequunt. bonis uero pmia non
ſupplitia debent. Sed audi qd ſanctus Iob dicat: ſi impi-
us fuero: ue mihi. & ſi iuſtus: nō leuabo caput ſaturatus af
flictione & miſeria. Pmis enī afflictio pœna eſt. ſecūdis
medicina. illis ſupplitiū: iſtis exercitiū. oīm tamen ut ait
ſapiēs: multa eſt afflictio. Quod apoſtolus nō negauit in-
quiens ad thimotheū: oēs q pie uiuere uolunt in chriſto:
chriſti pſecutionē patiunt. Nec aliquē idē ſanctuſ patriarcha
excepit cū ait: homo natus de muliere breui uiuēs tēpore
repletus multis miſeriis. Id enī hoībus ſūma ratione con-
gruit. Nam cum mens humana ad eam quā creatus qetem
ſuſpiret: agit diuina puidentia nos ad illā dirigens: ut in
hac ualle miſeriæ nullis gaudiis, nullis pſperitatibus me
rito qetet: ut tāto uehemētius nos ętna illa nondū habi-
ta delectent: quādo iā iſta adepta cruciāt. nec aliud impe-
rator noſter uerbo & exemplo docuit: inquiēs: in modo pſ
ſuras ſemp habebitis. Sup quo uerbo grego. nemo inquit
ſibi pmittat: qd euāgeliū nō pmittit. Quis tā demēs il-
le eſt: ut ſibi in quouis huiuſlibet ſtatu quietē & gaudia
pmittat: quippe tribulationes & auguſtias euāgelica im-
mo chriſti uox cōminat. Supeſt ut exēplis factiſq cōp-
bemus: q uerbis attulimus. In pmis igit q uera ſint facile
intuebimr: ſi cunctas huius ſæculi ętates diſcutimus: ſi deni
q noſtroꝝ priſcoꝝ uitas ac ſtudia artes & exercitia pſcru-
temur. Memores itaq ſimus dieꝝ āntiquoꝝ. cogitemus ge
neratioēs ſingulas. Interrogemus patres noſtros: & anuntia
bunt nobis. maiores noſtros: & dicēt nobis. Nam a tempo
re qn diuidebat altiſſimus gētes: & qn ſepabat filios adā
oīs creatura, oīs ætas, miſeriis & erūniis plena fuit. Incipe
re aūt libet a pmo noſtro ptoplauſto. Is a demone ſedu-
ctus: qmale pmutauit locum: noſipſi ſentimus. Vxor uero

eua q̄ male uerſutiis demonū credidit: nos ipſi patimur: qui
bus pͥmas afflictionū miſerias infœlicit̄ trāſmiſit. q̄s ſibi
nobiſqꝫ uitaſſet: ſi uoci creatoris obediſſet. Per quoꝝ tranſ
greſſiones ab ipſa mūdi origine oēs morti dediti: non mō
mali: ſed boni. nō pueri: ſed & iuſti, recti, & innocentes: n̄
niſi ſudoribus miſeriis & laboribus uitā duxerunt. Abel
enī eoꝝ filius innocens a nocente occidit̄. Enoch iuſtus ab
hac uita trāſfert̄. Cain ſagitta ꝑfodit̄. Lamech pͥmus biga
mus excæcat̄. Tubalcaim laboribus implicat̄. & faber, ma
leator, atqꝫ in cūcta oꝑa æris & ferris multiplicit̄ fatigat̄.
Mathuſalē ſicut pl̄imis ānis uixit: ſic multa frigora mul-
taqꝫ ſenſit diſcrimina. Noe ab ea quā plātauit uinea irri-
det̄. atqꝫ centū annis in arce fabrica deſudauit. uiditqꝫ tre-
mulus cataractas cęli aptas: ruptoſqꝫ abiſſi fōtes. Nēbroch
tyrannus maledicit̄. & ꝓſūptio turrim ędificantiū cū eorum
ſupplitio rep̄mit̄. Abraam temptat̄ & circundit̄. Capitur
Loth in bello. Sarrę uero ſterili deficiūt muliebria. Agar
expellit̄. Bellis inſudat Iſmael Iſaac imolandas ꝑ multas
miſerias ſenuit. Decipit̄ Eſau ſuis pͥmogenitis. Primogeni
tus ipſe a frē fruſtrat̄. Sodomoꝝ tabernacula uorax ignis
ꝯſumpſerit. Vxor Loth curioſa ſciēdi ꝓhibita: ſalis ꝯuer-
tit̄ in ſtatuā. Rebecca deſyderio filioꝝ p̄mit̄. Iacob luctat̄:
a fratre inſidias patit̄. Lia licet fecūda: lippoſa dolebat.
Rachel pulchra doloroſo partu ſpirat. Dina indigne uiola
tur. Sichen mechat̄. Ioſeph a fratribus uenūdatur. Ruben
maledicit̄. Simon & leui a patre uaſa iniqtatis appellan-
tur. Dan uero coluber. Iſachar aſinus. Beniamin lupus ra-
pax. Et ut breuius agamus: filii Iacob de ſcelere peſſimo
accuſantur. Pincerna pharaonis impie incarcerat̄: piſtor ſu
ſpenditur. A dn̄a carnalibus ſtimulis Ioſeph angitur. Po-
pulus iſrael in luto, palea, lateribus, ac ſeruilibus oneri-
bus p̄mit̄. maſculi iubent̄ interfici. obſtitrix timore falſū

dicit·Moiiſes ciſtæ a quiſq; cõmittit̃· Egiptius in ſabulo ſepelit̃·Cęteros intempeſtiua mors affligit·Muſca ꝑcutit g̃uiſſima·ranarꝝ multitudo,culices,brucus,lapides,grãdines,uexant·Tandẽ rotę curruũ ſubuertunt̃:atq; in ꝓfundũ ferunt̃:& tenebroſuſ uorax pontuſ abſorbet·populuſ ſitit, eſurit:ſit & murmurat in deſerto·De porta ad portã q̃runtur idolatræ iugulãdi·Cremat̃ Nadab·Murmurãs populus ſuccendit̃ flãmis·Dathan & abirõ t̃ra abſorbuit·Core ad centrũ terrę ruit·Igniti in populũ ſeuiũt ſerpẽtes·occidunt̃ cananei·Morit̃ Aaron in monte·Impugnat̃ Balaam Moiiſes dilectus deo extra patriam morit̃· Hierico corruit·Lapidat̃ Achor·Succendit̃ Au·& eius rex ſub aceruo lapidũ ſubmittit̃·Pugnat Ioſue·ſenſer̃t de cęlo lapideſ Amorrei·Aioth in uentre pĩguiſſimo gladiũ dereliquit· Sexcentos occidit uomere Sangor·ꝑimunt̃ ſebee & Salmana·Abimalach ſeptuagĩta fratres ſuꝑ lapidẽ regnãdi cupidine occidit·eiuſq; cerebrũ nõ multũ poſt mulier cõfregit· Iepte filiã immolat·dicẽtes thebolech iugulant̃·Philiſtini aſini mandibula ſternunt̃·Alii cũ Samſone tẽpli ruina cõſumunt̃·Filii Beniamin occidunt̃·Moritur Abimelech Flet ãna·Cęſus eſt iſrael· Finees & ofini moriũt̃·cecidit Heli·Golias ꝑimit̃ a Dauid·Periunt philiſtei·Cadũt ſacerdotes·Percutit̃ Nabal·ꝑimit̃ Ionathaſ·Sauliſ armiger ſe fidelit̃ ne dixerim imprudent̃ necat·Tranſfoditur Aſael·Abner occiditur· Miſyboſeth claudus decollatur·Ioſobeth ꝑcutitur·Oza uĩcitur·Suri ꝑditur· Vrias bene ſeruiẽs luget· Thamar Amon pœnas luit· Pendet Achitophel·Lancea foditur Abſolon·Dauid pr̃ dũ hoſtẽ cernit: occiſũ filiũ plãgit cariſſimũ· Currit Achimas ad malum· Decollatur Suba·Enuẽrati a Dauid pereũt·ſine culpa inteficitur Adonias·occiditur Ioab·Idolatrat Salomõ·q cunctos ſapiẽtia uincit:a muliercula deuincitur·Spernit̃ Ro·

boan·Ieroboam maledicitur·Dolet Aſſa· Vrit̃ Zambri·
Timet Helias·occidunt̃ ꝓphetæ· Micheas ſagittat̃·ceci
dit Ochozias·urunt̃ quĩquagenarii·Irridet̃ caluicio Heli
ſeus·Pueri urſis lacerant̃· Leproſos Naaman anxius me
delã querit· Punit̃ Giezi·corruit Ioran· Ferit̃ Senacerib·
Egrotauit Ezechias·dies ei mortiſ ꝑdicit̃·eruunt̃ oculi Sa
dechie· Dolet Eſdras· Luget Neemias·abiicit̃ ut beſtia
Nabuchodonoſor·occidit̃ Balthaſar·innocẽſ accuſat̃ Suſã
na·Ionas in pelago recludit̃·Thobias dolet cęcitate·ꝓſto
latur Anna·Sarra lachrymat̃·In ꝑiculo Iudith ꝯſtituit̃·
Olophernes quẽ uix terra ſuſtinebat·a fœmina capite trũ
cat̃·Vaſti repellit̃·Pallet heſter· Suſpendit̃ Aman·deci
dit potẽs Alexander·Opprimit̃ Eleazar·Occidit̃ Anthi-
ochus·Perit Liſias·corruit michanor·Iudas occubuit·Per
dit̃ Ionataſ·Simeon perimit̃·Eliodorus flagellat̃·necatur
Omas·occidit̃ Liſamachus·machabei torquent̃·Iob diuer
ſis plagis ꝑcutit̃·& in ſterquilinio tanq̃ dulci lecto medi
tat̃· Paucula ex multis ſufficiãt eoꝝ q in ueteri lege affli-
cti & tribulati ſũt· Taceo eos ãnumerare q ſub euãgelio
& lege grẽ diuerſiſ pœnis, cruciatibus, miſeriis, & malis
afflicti reꝑiunt̃·Quis enĩ apoſtoloꝝ plagas·qs martirum
ignes· gladios·quis innocentũ enſes & ꝑmaturas mortes
enumerare poſſet·Quoꝝ alii cæſi· alii ſepti·alii lapidati
ſũt·Alii plumbatis·alii ſagittis·eculeiſq; rubricant̃·rotis
lacerant̃· lignoq; affigunt̃·alii beſtiaꝝ dẽtibus tradunt̃·Li
beret illud ꝯuiuiũ hic inſerere·qđ cipriano nõnulli attri
buunt·in quo ex ſcripturis ſacris ꝑ̄imos introducit· qui ñ
eſcas·ſed corpora, membra, ſanguinẽ, ꝑicula, & labores ad
cõuiuiũ ꝯferũt· Ex ꝑmiſſis igitur attingere libet ſeri
es & cauſas maloꝝ & doloꝝ qbus mortales coporalit̃ affi
ciuntur·Adeo ut apertis oculis ꝯſpiciamus, nullũ hominũ
genus erũniis & miſeriis caruiſſe·nullũq; tempus a dolori

bus & laboribus uacaſſe: ut recte rex & ſapiēſ Salo. dicere
auſus ſit: uidi calūnias q̄ ſub ſole generant: & lacrimas in
nocentū: & cōſolatorē neminē. & laudaui magis mortuos:
q̄ uiuos. & fœliciorē utroq; iudicaui: q nōdū natus eſt: nec
uidit mala q̄ ſub ſole ſūt: quoniā uniuerſa uanitas & affli
ctio. Et ruſus in eccleſiaſtico: quid de uniuerſo labore ho
minis: niſi cruciatus & afflictio: Et ſubdit: cūcti dies eiuſ
doloribus & erūnis pleni: nec ꝑ noctem mente requieſcit.

Ca. xliii. in quo oſtendit hoīes in quouis ſtatu uiuēteſ
nō ſolū pœnas exilii, cruciatus, & mortes, & cætera cor-
poralia incomoda aſſidue pati: ſed & alias diuerſas in-
trinſecas mētis afflictiones: ut nuſq̄ uita aut ſorte ſua
ꝯtenti ſint. Et breuit tāgit ꝑticularit oēſ fere huiuſmo
di animi querelas & moleſtias ad utranq; partem.

Oſtremo parꝝ eſt mortalibus q̄s pauloante enar-
rauimus miſerias: ne dixerim ſupplitia, calamita
tes, & pœnas corporales perpeti: niſi ꝑtimis aliiſ
mētis intrīſecis erūnis & aſſiduis cruciatibus ꝑmantur. Ve
hementius enim inuiſibiles animoꝝ morbos: q̄ corporeos
aut uiſibiles affligere ꝯſtat. q̄re eos difficilius curari poſ-
ſe ꝑſpicuū eſt. Quā itaq; diuerſis & aduerſis affectibus ſe
cum pugnet mortaliū animus. nō aliū q̄ ſe interroget: ſibi
q; ipſe reſpondeat. q̄uario, q̄q; reci proco mentis impulſu,
modo huc rapitur: mō illuc: ut nuſq̄ unuſ nuſq̄ integer ex
iſtat. Quippe ſecū ipſe diſſentiēs, ſeipſū diſcerpit: q̄tenus
ſine ulla requie ab ortu homīs uſq; ad exitū fluctuet mor-
talis uita: quācunq; uiuēdi formulā eligat: ut recte de eo
Iob dixerit: qa homo repletus multis miſeriis, fugit uelut
umbra: & nunq̄ in eodē ſtatu ꝑmanet. Sed ut cętera taceā:
nō ꝑua mortaliū miſeria putāda eſt, ntla ratione effici poſ-

ſe/ut cuiq; ſuæ uitæ formula placeat/ cuius ꝑlimos habet
inuidos. nulli ſua ars applaudat. nullū ſors lætū teneat/
ſed querulus aliena ꝓptet. q ſua non ſatis meruit/ age ut
ea ipſa ꝗ maxime cupierat, aſſequat᷑. Certe cū fauorabilis
incipit eſſe fortuna/ illico mēs emolita timidior & ſuę ſor
tis obliuioſa fieri incipit. ut nō a caſu flactus dixerit/ bn̄
ferre diſce fortunā. Inexplicabiliſ certe miſeria eſt, ſe mi-
ſerū ſꝑ putare/ nec a miſeria eripi poſſe. atq; illa calamitaſ
(ut ita dixerim) oīm calamitoſior eſt/ qn̄ a calamitate re-
ſpirare nō licet. quippe cui qcquid accidat etiā ſi lætū io//
cundūq; exiſtat/ cōtinuo cruciet. In ꝑmis itaq; uellem illud
humanus cōſyderaret animus/ qđ ante oculos ꝯſpicit. Ego
uero plures uidiſſe ſum memor q dāna/ q pauperiē/ q ſup//
pliciū/ qui mortē carorꝝ/ qui peiores morte uidelicꝫ ꝗuiſſi
mos morbos ęquo animo tulerūt/ q tn̄ diuitiaſ/ q honoreſ.
qui potentias/ q fauſtū/ q laudes/ q famam/ qui aliorꝝ ſiue
inuidia ꝑconia atq; triūphos qeta mēte ferēt/ nullū. Quaſ
ſiqdem animi paſſioēs & ſi apoſtolus oꝑa carnis appellet/
qa tn̄ a fōte cordis ꝓfluūt/ recte morbi animi cēſendi ſūt.
Quid enī aliud ambitio eſt/ qd cupiditas niſi ſuꝑbia/ Vt
enī Auguſti. inquit/ nō eſt ambitio ſine elatione/ nō eſt cu
piditas ſine ſuꝑbia. qa oīs ſuꝑbus cupidus eſt/ & oīs am//
bitioſus elatus. ꝗ ōnia recte animi uitia ſūt/ ueluti ex af-
fectu & deſyderio ꝓcedentes. Nam Iſidoro teſte/ cupidi-
tas deſyderio auget᷑/ cū ſcriptū ſit/ inſatiabilis eſt animus
cupidi. Digne igit᷑ impator noſter apđ Matheū ait/ qa ex
corde exeūt cogitatioēs male. Tāge ſi uis ſimul & diſcute
oīm mortaliū querelas ac uarias animi afflictiones. Verū-
audi ilico cauſas atq; rationes/ ut liquido agnoſcas tanto
maiores pectoribus humanis in eſſe miſerias/ q̄nto magis
obcęcati ſint. ut cur eas patiant᷑ aut ignorēt/ aut non ſatis
intelligere uelint. Quidā. n. nō parꝝ aīo torquent᷑ ſuꝑ am

plioris fœlicitatis,ꝓſperitatis ac fortunę carētia:ſed certe
ignorāt quot ꝑiculis ac infinitis & inexplicabilibus curiſ
plenę ſint. Alii triſtant̄ etiā poſt adeptas q̄s optarūt pro-
ſperas fortunas:ſed forte aut eas qđ difficile eſt ferre non
nouerūt. aut recte ꝯſpiciunt eas bonis moribus aduerſas.
Alii murmurāt de aduerſitate infortunio & calamitate:
ſed certe niſi fallor nō cogitāt ꝙ in cogniti hoīs nota eſſe
calamitas nō poteſt. Alii de eius fortuna ne dixerī incō-
ſtantia,ſed fallacia uehementius quęrunt̄: ꝗ adeo cū eis lu-
dit: ut illos in patria ſua uno ꝓpe tēpore dominoſ effece
rit ſimul & exules. Sed certe hi integrā fortunę amicitiā
non amplectunt̄:cū eius leges aſpernant̄: ꝗ in altū nihil
diu manere ſtatuit. Adde:indignū fore ut mores ludoſqꝫ
illiuſ reſpuat:cui ſe totū deuouit. Alii deniqꝫ pœnas ſen-
tiūt in huius mortalis uitę incolatu ac ꝓlongatione. ſed
certe hi p̄maturam mortem in experti:id optāt quod ue-
niſſe dolerēt. Alii quęrunt̄ ſe ꝑſecutiones, impugnationes
atqꝫ iniurias diuerſaſ,tormēta deniqꝫ & exilia perpeti:ſed
quid ſi aut aliis ipſi ea intulerūt aut meruerūt: Alii la-
mentant̄ quia temptationes flagella patiunt̄:ſed certe eis
exercitari minime nouerūt. Alii turbant̄ plurimū:quia ua
no honore inaniqꝫ gloria nō fruunt̄: ſed hi aut uerā glori-
am non nouerūt:aut forte eos latere meliuſ tutiuſqꝫ foret.
Alii ꝙ deſpecti humileſqꝫ ab hominibus reputentur: ſed
forte lōgeplus deiicerent̄:ſi plus eleuarent̄. Alii detracti
ones infamias & opꝓbria moleſtiſſime ferūt: ſed hi falſis
laudibꝰ tumēt. Alii angunt̄ ſuꝑ tēporalis poteſtatiſ, aut
dignitatis ſiue mūdani dominii carētia: ſed hiſ uirtus for
taſſis non ſupeſt:ut ea aſſequant̄ & ferant. uel hi corruptū
habēt guſtū:talia falſo putātes diutna. Alii de nata con-
q̄runt̄, ob parētelę & magni generis ſeu nobilitatis defe-
ctū: ſed hi uerā nobilitatē n̄ ſatis nouert̄. Alii pauꝑtatē

& diuitiaꝝ inopiam implacabilit̃ ferunt: ſed certe hi fal
lunt̃: putãtes diuitias ipſas poſſeſſores ſuos fœlicitare: nõ
cruciare. Alii de ꝑditione reꝝ. de naufragio ruina aut tẽ-
poraliũ bonoꝝ damno & defectu ꝓtimũ angunt̃: ſed forte
his expediens fuit illis carere: q̄ cauſã maioris ruinę ꝑſta-
bãt. Alii amicoꝝ uel caroꝝ amiſſionẽ uel ſeparationẽ de-
plorãt: ſed certe putandũ eſt amicos nõ ſatis ſe amaſſe: qui
a uitæ ꝑiculis euaſerũt: nec perierunt. Alii de iniqua ſoci
etate torquent̃: ſed forte eos bona nõ oblectauit. Alii de
carentia humani fauoris ꝗrunt̃: ſed quid ſi odium eis lõge
plus ꝓfuiſſet? Alii ꝙ ab amicis derelicti exiſtant: ſed q̄d
ſi primo ipſi eos relinquerunt? Vel forte dignum fuit: ut
quos uirtus nõ fecit: fortuna dimitteret. Alii rurſus ſimi-
milit̃ lamentant̃, ꝙ tam cari pauloante hoĩbus uiſi ſũt:
ut certatĩ in eoꝝ amicitiã uenire niterent̃: idem tamẽ ipſi
de nulla alia re concordes: in ſuũ excidiũ q̄ſi cõmunicato
cõſilio conſpirarũt. Sed hi de amicitia equocant: aut forte
ceſſauit utilitas: cuius gratia amici aſſumpti ſunt. Alii ꝙ
amicis tedioſi aut oneroſi exiſtãt: ſed quid ſi grati atq̀ be
niuoli fieri uoluerũt aut renuerũt? Alii ꝙ inimicitias ſñ
cauſa patiunt̃: ſed quid ſi uirtutẽ non habent recõciliantẽ?
Alii ſumma triſtitia afficiunt̃: q̄a nõ ſatis uoluptatibus de
liteſcunt: ſed hi fallunt̃ qui contumelioſos hoſtes amicos
reputãt. uel forte ocioſitatẽ illas afferentem ꝑſcindere no-
lũt. Alii ꝙ refectione tẽperata careant: ſi hi ignorant eã
male digerentibus ꝓdeſſe. Alii ꝙ ieiunio & abſtinentia
uti non poſſunt: ſed certe quia ne poſſint: uolunt. Alii ſu-
per famis & ſitis media queruli ſunt: ſed q̄d ſi illis ſaturi
tas inimica eſt? Alii ſuꝑ ample & delicate habitationis
carentia triſtant̃: ſed his anguſtus forte locus uirtutes do-
nat. Alii ſuꝑ aſperis & duris lectiſterniis lamentant̃: ſed
certe quos mollia ad luxum inertiamq̀ prouocarent. Alii

de uilibus ueſtibus querunt̄! ſed hi in domibus regũ eſſe
cuperent·q mollibus ueſtiunt̄·Alii ꝙ cęteriſ humanis ſo-
laciis careant·Sed hi ſatis ignorãt plus triſtia q̃ lęta qui-
buſdam cõferre· Alii ꝙ cũ hoĩbus nõ conuerſent̄ aut fabu
lent̄!ſed indubie tales ignorant ſollicitudinis dona·uirtu
teſqꝫ ſilentii·Alii de omni triſtabili euẽtu ꝗrunt̄·Sed cer
te quia cuncta illis ad uotum ſucceſſere·ꝗbus ſeſe experi-
re non licuit·Alii non modo turbant̄,ſed incõſolabiliter
torquent̄·quia mali in hoc ſæculo meliuſ habeant q̃ boni!
ſed hi nõ facile credunt' malos nihil habere in cælis·ſicut
bonos paꝝ in terris·Alii ꝙ in ſeruitutẽ redigant̄ ſeu ca-
ptiuent̄ & in carcerant̄·ſed hi ignorant ꝙ potior pars ho
minis ideſt uoluntas libera eſt·cui ꝑ̇ncipes nõ dominant̄·
Alii triſtant̄ ꝙ oporteat eos diu iugum ſubiectiõis por-
tare·ſed hi ꝑeſſe,nõ ſubeſſe optant·nec obediẽtiæ fructum
ſatis guſtarũt·Alii quęrunt̄ de obſeruantia diuerſoꝝ prę-
ceptorum! ſed hi certe apte demonſtrãt ꝙ eos trangreſſio
delectat·Alii de reuerẽtia ſupioribus exhibenda quęrun-
tur·ſed hi illã recipere non exhibere cuperẽt·Alii de ca-
rentia ꝓprie uoluntatis·ſed certe hi taleſ ignorant ꝗ̃gra-
ue malum exiſtat propria uoluntas·Alii de uoti emiſſiõe!
ſed hi certe non ſatiſ nouerunt ꝙ fœlix neceſſitaſ ꝗ̃ ad me
liora compellit·Alii ꝙ ſęculum derelinquere nõ ualeãt!
Sed certe his ideo ualitudo deeſt·ꝗa uolitudo non adeſt·
Alii ꝙ religionẽ ingreſſi ꝑſeuerare nequeant! ſed hi cer-
te incepiſſe dolẽt·Alii ꝙ excõmunicati exiſtãt! ſed hi cer
te ecclesię cenſurã nõ medicinã ſed pœnã falſo putãt· Alii
ꝙ irregulares ſint aut inabiles·ſed hi certe nõ ſatis humi
liari nouerũt· Alii ꝙ diuinis officiis & ſacramentis care-
ant·ſed hiſ forte utiliuſ foret deuotione & fide ſuſcipere·
Alii ꝙ lectio aut uſus ſacræ ſcripturę eis auferat̄·ſed cer-
te ꝗa eis aut ad quæſtum aut eccleſiæ diſcrimine utebant̄·

Alii de exauditionis tarditate anxii ſunt: ſed forte nõ ſa
tis ſciunt, qa qui differt cibũ: auget eſuriẽ· Alii de rerum
tẽporaliũ petitionis fruſtratione angunt̃: ſed certe quia ali
ena ſunt a uera interioris ſui homĩs ſalute· Alii de impe
dimento cõtemplationis queruli ſunt: ſed quid ſi ad pie
tatis actiua opera ſũt efficaces: Alii de augmento negoci
ationis: ſed forte contemplationi inepti ſũt: aut illa eis ꝑ
moleſta eſt· Alii ꝙ uirtutibus careant: uitiis ſe dedant:
ſed uerum eſt, non niſi a ſeipſo quis ledit̃· Alii ꝙ facilit̃
uitia ſequant̃: ſed hi uitiiſ reſiſtere nolũt· Alii difficulter
uirtuteſ amplectunt̃: ſed certe quia cõfragoſa & ꝑdifficiliſ
ad uirtutes uia eſt: dulcis ad uitia· Alii mœſtiſſime ferũt
ſtimulos carnis: ſed hi forte eos ꝓueniunt· Alii de erra//
nea ſeu nimis arta ꝯſcientia angunt̃: ſed certe hi ſupiorum
exẽplis aut pręceptiſ iuuari ſpernũt· aut quia ſuo ſenſu re
gunt̃: Alii ꝙ ſemꝑ læti & iocundi & nunq̃ triſtes: neq̃ in
aliquo conſciẽtia ſtringant: ſed certe hi timorẽ dei abiici
unt: & latam ſimul & lætam uitam ſequunt̃ uitioꝵ: q̃ du
cit ad mortem· Alii ꝙ plurimũ audaces exiſtant· Alii ꝙ
puſillamines & timidi: ſed certe hi & illi extrema ꝓ me
diis capiunt: nec cogitant quia multa ex timiditate ſunt
dimiſſa: q̃ ꝑ audaciam ſunt commiſſa· Alii ꝙ mortem: alii
ꝙ fulmina & tẽpeſtates timeant: ſed certe hi timere de//
ſinerẽt: ſi uere ſperare incepiſſent: aut eos criminis conſci
entia non accuſaret· quia ut ſapiens ait: magna ſecuritas ẽ
nihil inique egiſſe· Alii de ſua ꝑdeſtinatione & ſalute he
ſitant: ſed parum hi laborãt: ut ſua ſit certa electio· Alii
pluſq̃ oportet de dei bonitate ſperãt: ſed hi futuram dei
iuſtitiã non ſatiſ credũt· Alii ꝙ ob grauia ab eiſ cõmiſſa
deſperare formidẽt: ſed certe neminẽ g̃uiſſima peccata cõ
dempnant: ſi non placeant: ſi non uiſ deſperare: deſine pec
care· Adde quia utriſq̃ uidelicet nimiũ ſperantibus & de

ſperãtibus! timor deficiat & ſpes• quare utriſqꝫ utrꝝqꝫ eſt ne
ceſſarium! ſcilicet ut deum timeant! & in eum ſperent• Ti-
mor enĩ ſine ſpe inducit deſperationẽ• Spes uero ſine timo
re indiſſolutionem ſcd̃m hugo• Alii de timore inuaſionis
hoſtium uiſibiliũ & inuiſibiliũ angunt̃! ſed hi congrua re-
media ſcienter aſpernant̃• Alii ob bonorum corporis defe-
ctus aut deformitates quęrunt̃! ſed hi non ſatis conſyde-
rant fatuũ eſſe qui ſeruum laſciuire ꝑoptat aut ornare cu-
pit• Alii ſenectutem grauiter ferũt eiuſqꝫ calamitates de
teſtant̃! ſed hi parꝝ fore putant cupiditateſ reliquiſſe! atqꝫ
id non poſſe! quod nolle deberent• Alii de corporis debi-
litate & diuerſis morbis ꝑ̃ſertim de oculorꝝ, auditus, odo
ratus, aut loquelę carentia ſiue defectu! ſed certe hi cũcta
ad corpus referunt• ignorãtes defectus ipſos plus ꝓfeciſſe
animę! q̃ offeciſſe corpori• Alii ſuꝑ uitæ breuitate & tem
peſtina morte incõſolabilit̃ torquent̃! ſed his bonos actuſ
q̃multos dies congregare conſultius eſſet! cum non multũ
ſed bene uiuere ſit laudabile• Alii de eadem imminente
de ꝓpinquo morte, & de inſtãti agone ſpiritu angunt̃! ſed
hoc ideo! quia non ſatis conſyderãt rudem eſſe tyrannum
qui a pœna liberat! quẽ punire ſe putat• Hæc paucula
forte & multa de huius uitæ diuerſis artibus formuliſqꝫ
uiuẽdi• & earꝝ erumnis & afflictionibus a me diſerta ſũt•
Quæ quidem longiora aut breuiora dici poſſe ſcio• Verũ
nec breuitati admodum ſtudui ne copię! ſed ꝓut ex cõmu-
ni omnium mortaliũ uita ſe obtulerunt, ſcriptis diſerui :
ne legenteſ uel inopia uel faſtidio fatigarẽ• ut cernat unuſ
quiſqꝫ mortaliũ, in quauis ſorte aut arte cõſtitutus ſit! q̃d
ad utranqꝫ ꝑtem dici ualeat• Nec illoſ blanda reſoluant!
nec afflictiua cõturbent• Atqꝫ ut dulcia ꝑiter & amara de-
ſpiciat• ſed paratus ſit ſemꝑ ad oĩa! ꝓmptus & ad ſingula
Abſoluam iam fili mi hũc primum ad te pollicitũ li-

brum• de cunctis uitę huius temporalibus artibus & exer
citiis•eorumq̄ miſeriis & erumnis•Verꝝ ex his quae ulti
mo dixi:ſenſi plane tuum animū non parꝝ titillare• Vol=
uis enī in mente qnimo ut ita dixerī inter dentes muſſi=
tas: ne dixerim murmuras• Cum enī audiuimus ſatis tu-
ctis ſæculi huius calamitates aduerſitates & ſupplitia tri
bulationeſq̄ multas & malas:quas paſſim ſupra tetigimuſ
bonis & reprobis,facinoroſis & innocētibus cōmunes eſſe:
eaq̄ ꝓhdolor non tam legimus q̄ experimur: quarꝝ rerum
cauſas quaſdam in genere deduxiſti:uerum tantę tam gra-
ui querelę ſpecialiores urgētioreſq̄ cauſæ cōgruerunt• De-
mum quid remedii• quid ſolaminis mortalibuſ in tantis
erumnis & uitę laboribuſ eſſe poſſit:nondū adduxiſti•Vti
nam enim tam ꝓmpta congruaq̄ ad eaſ omneſ calamitateſ
leuandas remedia attuliſſes:q̄ certa huius uitę meſta ſup-
plitia deploraſti• Vſq̄ adeo ut bonos uirtutiq̄ ꝺditos ui-
ros abſq̄ culpa affligi,torqueri qppe ab immortali deo re
lictos putemus:ſicut & malos ꝓſperari in altumq̄ ꝓuehi
indigne cōſpiciamus•Quo fit:ut diuinā ꝓuidentiam incu
ſemus•q̄ quoſdā inculpatos uariis ſupplitiis infortuniiſ&
pœnis cruciari:alios culpæ noxios fœlicitate permittat•Si
enī calamitates huiuſmodi ueluti ſupra diſeruiſti nō niſi
ex culpa mortalibus ꝓueniri contendas:indecens plurimū
diuinę iuſtitię uidet̄:ut innocens ab eodem fonte affliga-
tur:quo reꝓbus & iniquus pœna releuat̄•Nec aliud de=
plorabat hieremias inquiens:iuſtuſ quidem tu es domine
ſi diſputo tecum:ueruntamen iuſta loquar: q̄re uia impi=
orum ꝓſperat̄:Et ſubdit:prope es tu ori eorꝝ &lōge a re
nibus illarꝝ•Prope inq̄(teſte Auguſti•)dando eis quicq̄d
uolunt & petunt•Et longe a renibus eorum: in nullo ui-
delicet eis diſplicendo:aut illorꝝ animos conturbādo•Sic
& Abacuck ꝓpheta eam ipſam depromit querelam•Qua-

re inquit deus non reſpicis contemptores/ & cur taces de-
uorante impio iuſtiorem ſe/ Quę omnia tanto animos ho-
minū in maiorē ducunt admirationē/ q̄nto p̄ eundem hie-
remiam de diuina iuſtitia ſcriptū legimus/ ſcio domine de-
us quoniā malum iniuſtumq̨ non libent̄ reſpicis/ nec po-
teſt quis de tua iuſtitia dubitare. Hic eſt fili mi effectus
murmuris tui & cunctorum fere mortalium. Et ueluti ue-
tus querela ſit & multoꝝ animos exagitat/ ſic multis ege-
ret uerbis. breui tū ſermone faciā ſatis ueritati/ q̄ nullis
uerbis humanæ opinioni reſpondere poſſem. Mirari igit̄
& conqueri tu cæteriq̨ mortales deſinetis/ ſi rem ipſā alti-
us repetitis. In primis itaq̨ illud animo fixum teneamuſ/
neminem abſq̨ culpa aut cauſa affligi aut torqueri oporte-
re. cum ſcriptum ſit/ oculi domini ſup̄ iuſtos. Et iteꝝ/ uul-
tus autem domini ſup̄ facientes mala/ ut p̄dat de terra me-
moriam eorū. Super quo uerbo Caſſiodorus/ errat inquit
malus dicens ſecure facio mala/ ſed diſcat quia uultus dn̄i
ſup̄ faciētes mala. quaſi dixerit/ iuſtos & iniuſtos deus re-
ſpicit/ ſed diſparit̄. Iuſtos enī reſpicit/ ut pie eos exaudi-
at. ſed malos/ ut puniat/ perdatq̨ de terra memoriā eoꝝ.
Quam ſiquidem punitionē ſiue iacturā memoriæ uitæ, &
quorumuis temporaliū minime abſq̨ culpa mortalibuſ cō-
tingere credendū eſt/ niſi culpam nō putes illis abuti/ aut
ea ad luxum, ad auaritiā, ad ſup̄biam, ad pompam cōuerte-
re/ q̄ iuſtiſſimus deus tanq̄ uirtutū inſtrumenta hoībus cō-
ceſſit. De q̄bus grego. pulchre dicere uiſuſ eſt/ quia ſumma
& decora iuſtitia eſt/ ut cōceſſa p̄dat/ qui in cōceſſa captat.
Rurſus ut eſt ſanctoꝝ doctorum ſententia/ mali non utiq̨
impune tranſeunt. tum quia in fine punient̄/ tum quia ea
temporalia bona quibuſ iniqui in hac uita gaudent/ deus
illis cōcedit ob paucula quę geſſerunt bona. Sed ſpiritua-
lia bona quæ reſpectu temporalium magna bona exiſtūt/

iuſtis uirtutiqꝫ deditis reſeruat tanq̃ ęquiſſimus iudex·cui
maxime cõgruit/ ut bonis det ſpiritualia tanq̃ potiora bo
na·de reliqs uero caducis &tẽporalibus bonis ſeu pœniſ&
ſupplitiis, tm̃ uiris bonis miniſtret/quantũ ſufficere cõſpi-
cit ad uirtutẽ·Quod ꝑ alia uerba pulchre Auguſti· dedu-
cit in ꝓmo & quinto de ci·dei·qa habẽtes politicas & hu
manaſ uirtutes/iuſte rebus huius mũdi ꝓmiant̃·Qui ue-
ro diuiniſ pollet uirtutibus/ꝓmiat̃ in rebus dei· Et ſub-
dit Auguſti·reſpõdens q̃rentibus, qbus ꝓmiis romani fal
ſoꝝ deoꝝ cultores orbis imperiũ meruerunt· Ait enĩ qa
boniſ moribuſ hęc tẽporalia meruerũt·qa ueluti nullũ ma
lum impunitũ/ſic nullũ bonũ irremuneratum· Licet idem
Auguſti·aliam cauſam aſſignet in principio huius libri·
Vt igit̃ ad conceptũ ſermonẽ redeamuſ/aſpera pleruncꝫ &
amara deus iuſtis immittit/ ne in illis timeat̃ aduerſitas/
ſed & malis, fortunę bona concedit/ ne in iſtisquęrat̃ fœli
citas/q̃ ipſi reprobi obtinent·Ceteꝝ in hac reꝝ uiciſſitu-
dine agit deus ut prudentiſſimus medicus/qui cuncta ordi
nat ad infirmi obedientis bonã uoluntatẽ·Is·n·ſępe ſecat
& urit infirmũ/nec illũ exaudit deprecantẽ/ut auertat ab
eo dolorem necantem·Adde/quia ſcd̃m grego· occulta ſũt
dei iudicia/ ſed occultiora ſunt/ cũ boni mala recipiunt &
mali bona·Sed ſi curioſe cauſã iueſtigare libet/ ideo ma-
los bona recipere putandum eſt/ quia cum boni hi delin-
quunt/iuſte hic mala recipiunt/ ut ab ęterna damnatione
eripiant̃·Sed & mali bonis hic fruunt̃· ut inde poſteꝝ ad
tormenta trahant̃·Et ſubdit grego· exempla ꝑclara/ſcili-
cet de uitulis & infirmis· De uitulis inq̃/nã ueluti qui
mactandi ſunt uituli/liberi in paſcuis relinquunt̃/ſic im-
pius ad mortem currens/effrenatiſ uoluptatibuſ relinquit̃·
Econtra uero iuſtus a tranſitoriæ delectationis iocundita-
te reſtringit̃/ſicut & uitulus ad laboris uſũ deputatus/ſub

doloroſo iugo retinet. Denicp exemplo infirmoꝝ idipſum ꝓbatur. Negant enim iuſtis in hac uita temporalia: quia ægris quibus ſpeſ uiuendi eſt: nequaꝙ a medico cuncta quę appetunt conceduntꝰ. Dantur autem reprobis bona quæ in hac uita appetunt: quia deſperatis ægris omne qđ deſyde rāt non negat. Et concludit: perpendant ergo iuſti mala ꝙ iniquis permanent: & nequaꝙ eoꝝ infœlicitati inuideāt: ꝙ percutit. Quæ uerba omnē mortalibus admiratione & quærendi cauſā ſubmouent. Ceterum ſcđm Auguſtinū ſuꝑ canticis quincp modis & totidē cauſis: calamitates & fla gella mortalibus cōtingere ꝑſpicuum eſt. uel ut iuſti me rita per patientiam augeant: ut Iob. Vel ad cuſtodiā uir tutū: ut apoſtolo Paulo. uel ad corrigenda facinora. ut mar thę lepra. Vel ad initium pœnę: ut herodi: ꝙtenus hic in cipiat: quod in inferno ſequit. uel ad gloriā magnificādā: ut de cęco nato. Ex quibus liquido conſtat neminē in hoc ſęculo ſine culpa premi: uel abſcp eiuſ utilitate affligi. Quæ omnia agunt: ut in his quę diuina ꝓuidentia morta libus mittit ꝓſperis aut aduerſis: non murmur nobis ſit non querimonia: ſed mens bene conſcia, potius illis conſo let: ꝙ turbet. Multis. n. uariiſcp argumentis facile agno ſcemuſ: quia plurimum expedietia utilia quippe & neceſſa ria nobis ſunt laborum calamitatum, & pœnalitatū omniū flagella: & quęcp huius mundi ſupplitia. Primo enī di latant cor hominiſ ad magna dei dona recipienda. Nam ueluti martellus fabri dilatat metallum ad id quod arti fex deſyderat: ſic deus aurifaber humanę creaturæ, per mal leum perſecutionū & tribulationū cor iuſtorum dilatat: ut fructū ex eis ꝑcipiat: & ducat ad ueriora bona. de quo di ctum eſt. Secundo: ueluti aqua uinum temperat: ſic ad uerſa & quæcuncp huius uitæ pœnalia uinum temporalis letitię moderat: ne homini noceāt. Quod pulchre Ariſto

teles nõ tacuit in ethicis· Ait enim quia uirtuti deditus moderate ſe habet erga hæc bona fortunæ, aut adipiſcẽda uel amittenda· nec gaudioſus erit bñ ꝓſperatus: nec infortunatuſ triſtis· ꝙ ſi aqua tribulationũ non tẽperat uinũ ꝓſperitatis: extinguit potiuſ q̃ iuuat· In cuius figurã ſcriptũ eſt in exodo: operuit aq̃ tribulantes eos: unus ex eis nõ remanſit· Tertio ueluti medicina neceſſaria eſt mortalibus: ſic aduerſitaſ & afflictio: unde Auguſtinus: intelligat homo medicum eſſe deum: & aduerſitates medicamentum eſſe ad ſalutẽ: non pœnam ad damnationẽ· Et ſubdit: ſub medico ureris: ſecaris: clamaſ: nõ audit medicus ad uoluntatẽ: ſed audit ad ſanitatem· Quare fideles coqueri deſinant de aſperitate infortunii ꝑſecutionis aut pœnalitatis· quia ea omnia ſigna ſũt potiſſima diuinę electionis: ut per aduerſa aſperꝝ ſit iter noſtrum· ne ut ait Auguſtinus: magis delectet diu ꝓgere: q̃ citius peruenire· De q̄bus ſcriptum eſt: in paucis uexati: in multis bene diſponent̃· Quarto utilis eſt fidelibus quippe & neceſſaria aduerſitas tribulatio & ꝑſecutio in hac uita: quia ad meliora cõpellit· Vnde Gregorius: mala quæ hic pręmunt: ad deum ire compellunt Quod non ignorans rex & propheta dicebat: multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: & poſtea accelerauerunt· Vnde Auguſtinus: nullus ſeruus criſti ſine aduerſitate tutus uiuit· Et ſubdit: ſi putas ſine perſecutione uiuere: nondũ cępiſti eſſe chriſtianus· Itaqꝫ tam utilia ex huius ſæculi ꝑſecutionibus & calamitatibus colligentes: gaudeamus affligi: q̃ ſperamus frui· Et ut inquit Bernardus: non timeamus nos eſſe derelictos: quinimo ſemꝑ memores ſimus uerbi chriſti ad nos dicentiſ: cum ipſo ſum in tribulatione· Et iterum: iuxta eſt dominus his qui tribulati ſunt corde· Actum eſt fili mi de cunctis uiuẽdi artibus quibus in hac mortali uita ſęcularit̃ uiuit̃, tam nobi

libus q̄ ignobilibus: magnificis & plebeiſ: publiciſ & pri
uatis: maximis & infimis. Audiſti deniq; eorundem uitæ
generum dulcia parit̃ & amara. Sed & actum eſt de omni/
bus fere malis, incomodis, pœnis & calamitatibus, ſuppli/
tiis & afflictionibus, corporalibus ac mentalibus omniũ
fere magis nominatarꝝ perſonarum: incipiendo a naſcentiſ
mundi origine. Ruſus actum eſt de cauſiſ & rationibuſ cur
nocenteſ pariter & innocenteſ, boni ſimul & mali tot affli
ctionum & pœnalitatum genera patiunt̃. Sed & audiſti cõ
ſolationes & congruentia remedia ad eas omnes releuãdas
mœſtitias: quibus mortales in hoc ſęculo afficiuntur. Quæ
omnia fili mi opto ſollerter cõſyderes. Ex quibus tu cęte
riq; mortales liquido agnoſcetis: quid boni aut ſiniſtri om
nis uita temporalis obtinet. Verum quia oppoſita iux
ta ſe poſita teſte philoſopho, clarius conſpiciunt̃: ſuper eſt
iuxta policitum ordinẽ, ut cum in hoc primo libro de ſæ/
cularibus officiis & humanę uitę artibus me audiſti loquẽ
tem: te auſcultem in ſequenti libro de ſpirituali ſtatu di/
ſerentem. Ad te enim expectat de ſpirituali uita agere.
quę in duos diuidit̃ ſtatus: uidelicet in ſtatum eccleſiaſticũ
epiſcoporum & & cleriorum: deinde in ſtatum religioſorꝝ.
Age igit̃ ſi placet de his duobus uitę humanę generibuſ.
& de exellentia & cõparatione utriuſq;: de dulcibuſ & ama
ris uniuſcuiuſq;: ut tandem legentes apertis oculis ueluti
in lucidiſſimo ſpeculo conſpiciãt: quid lateat ſub omni ui
tæ humanę genere. Quo fiet: ut ſecurius unuſqſq; eliget:
quæ frequentius legit ac maturius digeſſit: ad laudem dei
omnipotentis qui eſt benedictus in ſęcula;

Finit Liber primus: de õni ſtatu & uita tẽporali.

## Incipit Liber Secundus: de Statu & Vita Spirituali, eccleſiaſtica & Regulari.

IRABITVR Forſan Sanctitas tua Beatiſſime pater ac clemẽtiſſime domine: ꝙ in hoc opuſculo recti ordinis rationẽ peruerterim. Et cum iuxta Gregoriũ: ſtatuſ ſpiritualis, tãto temporali ſit dignioꝛ atq; excellentior: q̃nto ſolis ſplendidiſſimus fulgor tenebroſis denſitatibus: & auꝝ plumbi metallo p̄ſtat: prius de temporali ſtatu egerim: q̃ de ſpirituali. Sed certe natæ ordo ad id compulit. Primo enim temporaleſ naſcim̃: ſed & p̄us in temporali ſtatu uerſam̃: priuſq; illũ experim̃. Deinde temporalis ſtatus imꝑfectiõe cõſpecta: trãſimus ad ſpirituale ſtatũ. Adde: ꝙ nõ ſatis excellentiã: ꝑfectionem & internã mẽtis tranq̃llitatẽ ſtatus ſpiritualis agnoſceremuſ: niſi p̄uſ temporalẽ uitã: atq; eiuſ incomoda experti eſſemuſ.

Poſtq̃ igit̃ in ſuperiori libro de cunctis temporalibus & terrenis ſiue ſęcularibuſ ſtatibus, & viuendi modis, artibuſ, ac diuerſis hoĩm exercitiis actum eſt: in quo pro utraq; ſui parte tã ad cõmendationẽ: q̃ ad reprobationẽ ſatis diſputatum eſt. Et quid boni, quid ſiniſtri, quid utilitatis, quid incõmoditatis, q̄d q̄etis, q̄d laboris, q̄d ſecuritatis, q̄d periculi q̄d honeſti, q̄d inhoneſti, q̄d uirtutis, q̄d uitii oĩs tempoꝛal̃ ſtatus & ſęculariſ viuendi modus habeat: plene diſcuſſũ eſt.

In hoc igit̃ Secundo libro dimiſſa matris introductiõe: & ꝯſanguineoꝝ altercatiõe: q̄bus de re incognita diſſerere nõ licet. Decreui ego ſpiritualem ordinẽ ꝓfeſſus: de eodem ſpiritual̃ uitæ ſtatu breui aliqua diſſerere. Faciã ego ſatis nõ tãtæ rei debito. nec tuæ. S. deſyderio: ſed conatui meo. Atq; vtinã tã digne. utilit̃ & diſerte: de eo eminentiſſimo ſtatu a me agat̃: q̃ illius maieſtas atq; immenſitas exigit.

Subalternat̃ itaq; uitæ ſpirituali duplex ſtatus·q̃a ipſa ui-
ta ſpiritualis/in duos diſtinguit̃ Status·Alter eſt Epiſco-
poꝝ & Sacerdotū/ac eccleſiaſtici ordinis miniſtroꝝ·Alter-
eſt manachoꝝ ſiue religioſoꝝ·De his ergo duobuſ ſtatibuſ
& viuendi mois/hoc libro agendū eſt·Et quia ad dicendū
campus latus eſt & materiæ ipſæ non tã diffuſe & ꝓfuſe/q̃
a multiſ tractatoribus ꝯfuſe reperiant̃/q̃nimo ꝑꝑ uarias ſcri
bentiū opiones/uix legenteſ ꝓficere poſſūt/multa deniq; in
his materiis/intacta aut non ſatis diſerta inueniant̃/decre-
ui ſub quodã breui compēdio·in hoc Secūdo libro floſculoſ
quoſdã circa hos duos ſtatus inſerere· vbi utriuſq; ſtatus &
uitæ normã·natam ſeu efficatiã necnõ exellentiã·laudeſ·cõ
mendationē·& demum eoꝝ laboreſ·difficultateſ·aculeos &
pericula adducã·Demū ꝟo int̃ ſe·& alteriuſ ad alteꝝ/drñaſ
& comparatiõeſ breuit̃ ꝑſtringã·Incipiēs a Statu eccleſiaſti
co & ꝑmo a Sūmo pontifice qui culmen & uertex eſt toti-
us ſpiritual̃ ſtatus·Deiñ a Sacroſancto Romanæ eccleſiæ car
dinalibus·Rurſus deſcendã ad ſtatū archiepiſcopoꝝ,epiſco
poꝝ,cæteroꝝq; prælatoꝝ,curatoꝝ,& clericoꝝ ſub eccleſiaſti-
co ordine degentiū·In quo libro materias in tabła in ꝑnci-
pio ꝑmi libri deſcriptas diſcutiã·Diligēs igit̃ lector ex mo
tiuis auctoritatibuſ & rõnibus quæ inſerent̃/nõ ſtatim vin-
cat̃ ad cõmendationē vel improbationē alterius ſtatus/ ſed
motiua,rõneſ & autoritateſ,quę ꝓ alio ſtatu & viuēdi ge-
nere adducunt̃/accurate ꝯſyderet·uidebitq; ꝙ ii duo ꝑfectiſ
ſimi & exellentiſſimi ſtatus/oĩm alioꝝ ſtatuū & uitę huma
nę generꝝ ſupant dignitatē·Qm̃ &ſi int̃ gremiū fidei catho
licæ exiſtēteſ,in quocūq; degãt honeſto ſtatu/ſi pie uixerit/
ſaluari poſſit·Hi tñ duo ſpiritualeſ uiuendi modi/ſingula-
rius ſuos ſectatoreſ deo ꝓximioreſ reddūt·Etſi uterq; ſta-
tus ſanctus & deo acceptus eſt/alius tñ alio ꝑfectiõe & di-
gnitate præſtat·ſed & alter alteriſ placet & cõuenit ſcd̃m

nat̃am, qualitatẽ, ac uireſ ꝑſonaꝝ. Int̃ ſe tñ circa eoꝝ ꝑfectio
nem: habẽt ſe ſicut excedẽs & exceſſa . ut latius ꝑdiſcurſum
eoꝝ quæ tradent̃ in hoc libro, uidebit̃. Ea ergo de ꝗbus in
hoc Secũdo libro agendus eſt ſermo: in infra ſcripta capitu-
la diſtinguunt̃;

Capitulũ ꝑͥmum: de ſublimitate & exellentia digni-
tatis Summi pontificatus. & de incompͥhenſibili eius
auctoritate & poteſtate. & de illius neceſſitate &
utilitate & de altiſſimis eiuſ miſteriis.

Vmmi pontificatus exellentiã, dignitatẽ & aucto
ritatem huiuſq; ſacratiſſimi Status laudeſ, prȩconia
attollere: illiuſq; neceſſitatẽ & utilitatem oñdere:
hodie munus ſuſcepi. grãde ꝗdem negociũ: ſed paruũ ĩgeni
um. Cuius tãta eſt ſublimitas & eminẽtia: tãta immẽſitas:
ut nullus mortaliũ nedũ compͥhendere aut ſatis expͥmere:
ſed nec cogitare poſſet. Obtũdit. n. oẽm humanũ intellectũ
illius ſacratiſſimi: & oĩm eminẽtiſſimi ſtatus maieſtas & ex
ellentia. quia ſcriptũ eſt, ſcrutator maieſtatis oppͥmet̃ a gl̃a.
Si enĩ teſte Ambroſio. nihil in hoc ſæculo exellentius atq;
exelſius inueniri põt ſtatu & dignitate ſimpliciũ ſacerdotũ
& particulariũ ꝑ̃ſulũ, ꝗ ꝑ diuerſa orbis loca in partẽ ſollici
tudinis aſſumunt̃: ꝗd cogitandũ eſt de eo ſũmo põtifice qui
uiceſ ueri dei gerit in terris: qui ad plenitudinẽ ſtatus: qui
ad apoſtolicũ thronũ: ꝗ ad culmen oĩm dignitatũ aſſumit̃.
Ex q̃ certe ut riuuli a fonte: rami ab arbore ꝓcedũt. ꝗ non
ad humanũ tm̃ ꝑͥncipatũ: ſed ad diuinũ. nõ ad ꝑͥncipandũ ſo
lum mortalibuſ: ſed & immortalibuſ. nec mõ hoĩbuſ. ſed an
gelis. nõ ad iudicãdũ uiuos: ſed mortuos. nõ in t̃ra ſolũ: ſed
in cȩlo. nõ ad ꝑ̃ſidendũ ſol̃ fidelibus: ſed infidelibus. Et ut
paucis agã: ꝗ ad eãipſã dignitatẽ: ad eandẽ iuriſdictionẽ &
coactionẽ ac uniuerſalẽ: toto orbe ſupͥmũ ꝑͥncipatũ a ſummo

deo· & eius loco ſup cunctos mortaleſ inſtitutus & effectus eſt· De quo p Iob ſcriptū eſt: q̄ corā eo curant̄ q portāt orbē & regeſ ſeculı atq̧ tyrāni ridiculū ſūt· q ſolus oēm poteſta tē ambıt· Et ſicut ſcripta cōmemorat: vnus eſt, & ſecundū n̄ habet· Et iterꝝ de eo ſcribit̄: tu ſolus, & nullus tecū· Et ruc ſus: potēs ſup omſ potētes· Cuius teſte ꝓphā, ſuæ ſūt iuſti tiæ· poteſtaſ & imperiū· Quē iterꝝ Dauid ſig̃t ingenſ: dedit ei poteſtatē & regnū· & omſ ppli & linguæ ſeruiēt ei· Qui vt canon ait· terreni ſimul & cæleſtis imperii iura ſuſcepit· Cuius ſūmæ dignitatis faſtigiū atq̧ maieſtas, nō mō apud āntiquos ueteris legis effulſit: ac dignius apud catholicos di uina inſtitutiōe refulget atq̧ p̄eminet: ſed & apud gētiles ſūmū oīm bonorꝝ & p̄ncipatuū culmen tenebat· Nam vt ait Varro: exordīatiſſimo atq̧ eminētiſſimo gradu pōtificum & ſacerdotū gentiliū: reſultat qdā exellentiſſimus & ſublimiſ ſimus ſtatus in vno ſūmo pōtifice· Hinc Iſidorus: diſtinctio inquit g̃duū & ordinū int̄ pōtificeſ & ſacerdoteſ: a gentili bus maxīe īuenta eſt: qn̄ ſuos ſacerdoteſ alios ſimplicit̄ fla mineſ: alios ꝓthoflamīeſ appellabāt· & aliū q cunctis flami nibus p̄ſideret in ſūmo gradu locabāt· Quē vt idem Varro uoluit: iouis aſſumpta ueſte inſigni curuli & regia ad orna tū diuinitatis: plurimū in eo putātes pmaxīe colebāt· Cic· quoq̧ ſublimitatē ac exellentiā ſūmi pontificatus gentiliū· ex illius miſteriis oñdit: dū in cultu & religiōe ſuſcipiēda p̄mus oīm erat: atq̧ vnus ad interp̄tandū: quę uoluntas eſſet deorꝝ immortaliū· vt ſtatim in ſeq̄nti Ca· tāgemuſ· Huius deniq̧ ſūmi pontificatus ſublimitas, & utilitas atq̧ ncītas: nō facile explicari ualeret· Sed vt cæta taceā: n̄ ſatis plene recteq̧ vniuerſitati orbis a chriſto ꝓuiſū foret: nec eccleſię quā chriſtuſ ſāguine redemit morē geſſiſſet: niſi talem tanq̄ eminentē in t̄ris uicariū reliqſſet: q in ea poteſtate & auto ritatis integritate toti orbi pręſideret: qua ipſe chriſtus in

terris manēs·qppe qui per ꝓphetā dixerat/qd potui facere
vineæ meæ/& ñ feci· Accedit/qm̄ ſolus ipſe dirigit oēm
humanā creatam in finē pfectiſſimū·Q̄obrem ſibi vni chri
ſtus claueſ cōtulit regni cælorꝝ ac pottestatē ligādi atq̄ ſol
uendi in cælo & in t̄ra· Rurſuſ ſūmi pōtificatus ſublimitas
& exellētia/atq̄ utilitas & neceſſitas in eo ɔſpicit̄·quoniā
teſte phō/nō poſſet hic mūdus regi/niſi vnus eſſet ſummus
p̄ncipatuſ·ad quē vnū pueniendū eſt·ex quo ſingula dirigūt̄
& gubernant̄·cuius motu & diſpoſitiōe om̄ſ ierarchici actus
ordiant̄·Et tādem huius orbiſ diſpoſitio dirigat̄/ad inſtar
cæleſtis monarchiæ·Nā teſte Dionyſio/neceſſarius eſt ſum
mus ierarcha/q quos regit/illuminet·Periret enī oīs ordo
rerꝝ/niſi vnus ſūmus pontifex foret·q eūipſū ordinē vt ita
dixerim ordinet/dirigat & exequat̄·Teſte enī phō·vbi eſt
ordo & ḡduū aſcenſio/ibi neceſſe eſt ɔſtitui vniuſ excellenti
am·Periret rurſus & mortaliū oīm hoīm cōmertiū/niſi forꝫ
vnus pontifex uice dei in t̄ra monarcha/in quo omneſ vt in
glutinio quodā partiū ad corpus miſticū copulent̄·&in quo
ſinguli vt membra ſub vno capite gubernent̄·Periret fidei
vnitas/& eccleſiæ vnanīts/& cōcordia ſimul & pax/q̄ nihil
dultius excogitari aut inueniri pōt/niſi foret vnus ſup̄muſ
pōtifex·qui cunctos mortaleſ ad vnius fidei & vnitatis vin
culū reduceret·dicente hieronymo/ob eā rem in remedium
ſciſmatis actum eſſe/vt vnus oībus p̄ſit· Periret deniq̄ illa
cunctis mortalibus neceſſaria ad deū meditatio·Teſte enim
ſcript̄a/romanuſ pōtifex lōge pfectior/lōge dignior & effi
catior/int̄ deū & populū mediator exiſtit· ātiquo illo bal
butiēte/ ſcilꝫ iuſto moyſe/ac fratre eius aaron/qui ñ ſolū in
vno pplo/in vna gente/ ſed& ſup t̄renis mediatiōis officio
fungebant̄·Sūmuſ uero nr̄ pōtifex(teſte aplo)ex hoībus aſ
ſumptus/tñ ꝓ hoībus ɔſtituit̄ in his q̄ ſūt ad deum/vt offe
rat ſacrificia &dona ꝓ peccatiſ·Hic igit̄ dignuſ ſalubriuſq̄

mediatoꝛ exiſtit ppłi ad deū·Hic ſacrificia:hic holocauſta n̄ hircoꝝ aut uitulorum:ſed ueri ſacratiſſimiq; corporiſ chriſti deo patri offert·eoſq; in eodē miſterio inſtituit:q itidem faciāt in orbe vniuerſo ꝓ delictis ppłoꝝ·Hic igit̄ peccata diluit·hic aīabus fideliū pœnas condonat: ſupplitia relaxat· Hic ueniā lapſis impartit̄·hic errātes corrigit·delinquētes cū expedit:reducit·Hic incorrigibileſ punit·& tandē peccatoreſ ſūmo deo ꝯciliat·illūq; iratū placat· De quo Sapiens ait:ecce ſacerdoſ magnus,q in tpe iracūdiæ factus eſt reconciliatio·Periret rurſū iuſtitiæ uirtus:quia eodem phō teſte: niſi vnus in orbe foret q eā cunctis miſtraret,& negligentium uicē ſuppleret:quicqd iuſtū eſt pclitaret̄·Vn̄ Auguſtinus:ſine iuſtitia nō pōt regi hęc Reſp·humana·Neq; enī ꝗa aut recta pōt eſſe Reſp:niſi vnus oībuſ p̄ſit: q gubernet & regat: qui ſummus pontifex,eſt immortalis dei uicarius·

Periret tandē illa potiſſima iuſtitiæ parſ,quā Ariſtote· Epykeiam uocat:cōmuni bono vniuerſi orbis ꝑneceſſaria· per quā ſūmus monarcha dirigit iuſtū legale,& pleꝝq; ſcriptam rigidāq; iuſtitiā moderat̄:diſpēſat:detrahit:ꝓ vt reꝝ ꝯtingentiū ſuppetit diuerſitas·& boni cōmunis neceſſitudo expoſtulat· Periret demū alia iuſtitię nō infima parſ quam diſtribuitiuā uocāt:quæ vnius ꝓpe eſt ſūmi p̄ncipatus· qua vnicuiq; ſcd̄m eius dignitatē & merita certa ꝓportiōe p̄mia elargit̄·Dignitateſ,p̄ncipatus,regna & impia ꝓ meritis donat atq; inſtituit·ꝓ demeritis ꝗo trāſfert de gēte in gentē· Quare & ſi cęta taceā:huius ſacratiſſimi & eminētiſſimi ſtatus ſummitaſ,maieſtas atq; fœlicitas ſit & neceſſitas,ac utilitas,in eo facile cōphendit̄· Nā ſi(vt aiūt)nulla maior eſt fœlicitas q̄ multos feciſſe fœliceſ·Hunc ſtatū beatiſſimū tāto fœliciorē dixerim:q̄nto plureſ ſup omſ mortaleſ facilius & vt ita dixerim fœlicius:fœlicioreſ agere poteſt·

Patet igit̄ huius ſacratiſſimi ſtatus exellentia,dignitas,

& utilitas atq; neceſſitas. Patent eius laudeſ & pręconia nō mō ex auctoritate inſtituentis: ex digniſſima inſtitutiōe: ex cauſis digniſſimis: ſed ex fine optatiſſimo. ex beatiſ miſteriis. ex ꝓpinquitate ad deum. ex fructu deſyderātiſſimo. ex cunctoꝝ mortaliū utilitate & fœlicitate redundantiſſima.

Ca. ii. De ſpiritualibus incommodis: amaritudinibus: miſeriis: aculeis: necnō mētis afflictiōibus: ꝑiculis & laboribus ſūmi pōtificatus. ubi plurime ſūmoꝝ pōtificum calamitateſ & ſpiritus pertbationeſ narrant.

Tupore nō paruo audita eſt illa ōnium dignitatū ſupma dignitaſ. & cunctaꝝ poteſtatū emiētiſſimuſ p̄ncipatus ſūmi uidelȝ pōtificatus. uiſaq; eſt tāti numinis celſitudo. & auſcultata tātę lucis ſplēdidiſſima claritas. cuius radioꝝ iubare, totus orbē luſtrat atq; uegetat. Sed & añ noſtrę mentis oculos ꝯtemplata eſt tāti culminis p̄rogatiua dignitas atq; excellētia. & tāti tribunat ſupma auctoritas. cognita eſt illius ſacratiſſimi atq; diuiniſſimi ſtatus ſūma utilitas atq; neceſſitas. Demum audita ſūt breui eius ſtatus laudū p̄conia. diſcuſſæ ſūt eiuſdem culmīs utilia & comoda, dulcia & ꝓſpera. Veꝝ quia altnę ſūt reꝝ oīm uiceſ: nec aliqd ita ꝓſpeꝝ eſt, qd ḡuiſſimis aculeis nō tangat: idcirco iuxta pollicitū & ꝯſuetū ordinē: eiuſdē altiſſimi ſtatus adducēda ſūt incomoda, amaritudīeſ, laboreſ, & pericula atq; p̄mentia: ut cernat quiſq; qui in ea ſedet: qppe in ſe experiat. Cernāt rurſus & cæti mortaleſ q in illo ſtatus culmīe ſūmā oīm fœlicitatē collocāt: ueriſſimū eſſe qd Sapiens ait: quia extrema gaudii luctus occupat, & riſus dolori miſcebit. Et ꝓpterea ūm eſſe illud eiuſdē Sapiētis: gaudiū & fœlicitatē dixi errorē. Et fœlicitati improperabat dicēs: cur fruſtra deciperis. In ea igit diſſerenda re: bipartita erit orō. In p̄ma qdem: huius ſūmi pōtifici ſtatus incōmoda & infœlici-

tateſ, amaritudineſ & pericula, laboreſ & miſerias ſpiritua-
leſ uidelicȝ & mentaleſ: breui (ſed amaro) calamo deſcribe
mus. Secūdo in loco: tēporales ſiue corporaleſ miſerias eiuſ
ſtatus, laboreſ & incōmoda, ac interna latētia & apta peri-
cula diſſeremus. In p̄mis enī illud ātiquū (ſed ueriſſimū) ſa-
pientū uerbū nr̄is mētibus repetendū arbitror: quia quicq̄d
in orbe p̄eminet atq̄ p̄cellit: multis int̄nis doloribus ſuos
afficit ac p̄mit poſſeſſoreſ. ſed & infinitis pene mētis aculeiſ
ac amaritudinibus excruciat quos demulcet. Ceterꝝ diſcer-
nenda eſt (vt puto) dignitas a pſona: accidēs a ſubiecto: q̄li
tas ab obiecto: dignitas certe eius eſt exellētiæ eius culmi
nis, vti audiuimus: qppe de quo ſanctorꝝ patrꝝ habēt ēditi-
oneſ, qa nemo ſane mētis dubitat ſāctū eſſe: q̄ apex tātæ di
gnitatis attollit. in quo ſi deſūt bona acqſita p meritū: ſuf-
ficiūt quæ a Petro loci uidelȝ p̄ceſſore teſtant̄. Adde: qa ea
ipſa dignitas teſte ſymacho Papa: aut claros ad hęc faſtigia
erigit: aut q erigunt̄, illuſtrat. Perſona vo cui tāta dignitas
hæret vtinā ſic ſanctitatē uitæ ex ea dignitate cōtingeret:
ſicut ex loci p̄rogatiua nomē ſāctimoniæ recipit. Sed pchdo
lor altitudo dignitatis: uirtutis: pſonę innocētiā n̄ inducit.
Quod ſi illd eiuſdē Symachi qs obiecerit: quia Petrus apl̄s
perhennē meritorꝝ dotem cū hęreditate innocētię tranſmit
tit ad poſteros. Id (niſi fallor) de eis ſūmis pōtificibus pla
ne intelligit: quos par ſanctimonię ſplēdor illuminat. Trāſ-
miſit igit̄ Petrus ſanctitatē ſtatus: nō uitæ. trāſmiſit ſancti-
moniā cathedræ: nō pſonæ: vt hæredeſ eſſent ſui pōtifices
ſuæ bonitatis. atq̄ cām occaſioneq̄ bene recteq̄ viuēdi: ſan-
cte p̄ſidendi reciperent. & ſanctitas loci meritaq̄ p̄ceſſoris
aliū hominē faceret: q̄ nata genuiſſet. Plerunq̄ enī teſte Iſi
gnitas altior: tanto casus grauior. Et teſte Greg. q̃nto quis
in ſede ſuperiori locatus eſt: tãto in maiori periculo uerſat̃
Et Aug. ſublimitas honoꝶ: magnitudo ſcelerum eſt. Et
Hiero. in maiori gradu: maior ẽ ſine dubio pœna. Et iteꝶ
criſoſt. in canone: honoriſ magnitudo his qui indigne viuũt
honore: maximuſ cumuluſ incipit eſſe pœnaꝶ. Et iteꝶ aug.
clerici officiũ: ſi perfunctorie geriẗ: nil apud deũ miſerius,
triſtius, & damnabilius. Sexto: ex epõꝶ & clericoꝶ admi
niſtratione: pericula, difficultateſ, & incõmoda: aptiſſime de-
mõſtrant̃. Non enĩ epiſcopi & clerici: dñi ſũt bonoꝶ eccle-
ſiæ: ſed (vt Hierony. ait) ꝓcuratoreſ ſeu diſpenſatoreſ reꝶ
alienaꝶ. & uelut ſacrilegos plectẽdos eſſe: ſi quod pauperi-
bus eſt erogãdũ, ſibi retinẽt pluſq̃ eius ſtatui ſufficit. Quõ
ergo ſecuri ſunt clerici: qui nõ ſolum ex mala aut deſidioſa
admĩſtratiõe: ſed ex cupida retentiõe damnant̃. Vñ pulchre
de ſe & cæteris p̃ſbyteris dicebat Hierony. quõ poſſumus
aliena fideliter diſtribuere: qui noſtra timide reſeruamus.
Hinc Aug. ad epõs & p̃ſbyteros ait: eſurientiũ paniſ eſt:
quẽ tu detineſ. nudoꝶ ueſtimentũ: quod tu recludiſ. miſero-
rum redẽptio eſt pecunia: quã tu refodis. infirmoꝶ ſolatia
ſunt delitię: q̃bus tu laſciuiſ. tãtoꝶ ergo ſcias bona te inua
dere: q̃ntis poſſis p̃ſtare quod uelis. Sed & Bern. in epiſtola
ad fulconẽ ait: ne tibi o pontifex, o ſacerdos, blãdiaris: quo
tuis cõtentus, alia nõ arripias. Rapis enĩ cum luxuriaris: vt
de altario ſupbias. de q̃bus quod p̃tẽ neceſſariũ. ac ſimpli-
cem uictum retineſ: tuũ nõ eſt. rapina eſt & ſacrilegiũ. habẽ
teſ (inquit ap̃ls) uictum & ueſtitũ: nõ uictum & ornatũ. nõ
delitias, nõ ueſteſ: q̃bus laſciuiamuſ. Et iteꝶ idem Bern. ad
ſenonenſẽ archiep̃m: clamãt nudi. clamãt famelici. ꝯquærunt̃
pauperes. dicunt: dicite põtificeſ in inferno: q̃d facit auꝶ no
bis fame, frigore, miſerabilit̃ laborãtibus. Quid cõferunt

tot imitatoria uel extenſa in porticis: vel plicata in mani-
cis: noſtrū eſt quod effunditis. nobis crudelit̄ ſubtrahit̄: quod
immanit̄ expēditis. Hinc & Hierony. (pontificeſ & clericoſ
cōminanſ) ait: eccleſię pncipeſ qui deliciiſ affluūt, ꝓpheticuſ
ſermo deſcribit: ꝙ eiiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lau-
tiſqꝫ cōuiuiis. Et ſequit̄: ſi uis ſcire quo eiiciendi ſūt: in te-
nebras uidelicꝫ exterioreſ, ubi erit fletus & ſtridor dentiū.
Item idem Bern. ad clericos ait: multiplica prebēdas. habe
archidiaconatum. aſpira ad epatum. gradatim aſcende. & in
puncto ad inferoſ ſine oī gradu deſcendeſ. Septimo: peri-
cula, incōmoda, aculei, & difficultateſ huiuſ ſtatus eccleſiaſti
ci: ex eo euidētius apparet. qm̄ ſi ꝓphetarū, ſi patriarcharū ſi
totius ſacræ ſcripturæ repetunt̄ annalia: nullū reperiemus ge-
nus hoīm, quos deus uehemētius arguat: & ſeuerius cōmine
tur: & crudelius puniat: q̄ pontificeſ, paſtoreſ, & ſacerdoteſ.
Diſcurre per ꝓphetas. & ſcripturam lege: quid audis niſi pa-
ſtoreſ populi mei preuaricati ſunt in me: ꝓpterea adhuc in
iudicio cōtendā uobiſcū. Et iterū: ſtulte egerūt paſtoreſ. Et
ſequit̄: ꝓpterea euellā eos de terra. Ruſus ad eos: omſ pa-
ſtoreſ meos paſcit uentus. Et alibi: ve paſtoribus qui diſp-
gunt gregem meū. Et iterū: ve paſtoribuſ iſrael qui paſcunt
ſeipſos. Et ſequit̄: collidā in te paſtorem & gregem. Deniqꝫ
ad Iohelem ꝓphetā tranſi: quid niſi cōminatiōis pœnas: qd
niſi clamoreſ plāgentiū ſacerdotū & pōtificum audis: Ait
enim: plāgite ſacerdoteſ. ululate miniſtri altaris. Auſculta
Ezechielem: ve paſtoribus iſrael q paſcunt ſeipſos. Et iterū
ſuper paſtoreſ iratus eſt furor meus. Malachias quoqꝫ non
tacet eorū exterminiū. Ad uos inquit ſacerdoteſ qui deſpi-
citis nomē meū: ad uos eſt mādatum. O ſacerdoteſ, ecce ego
ꝓiiciam uobis brachiū iræ meæ. & diſpgam ſup vultus ue-
ſtrum ſtercus. Et iterū: dedi uos ꝯtemptibileſ oībus popul.
Sed & Amos ꝓpheta: q̄dure prælatos & paſtoreſ eccleſiæ

comminet᷒: audiamus. Ait enim: ue uobis qui opulenti eſtiſ
in ſyon, & cõfiditis in monte Samariæ: optimateſ capita po-
puloꝝ: ingredietẽſ pompatice domum dei: qui dormitis in
lectis eburneis. & laſciuitis in ſtratis ueſtriſ. Deinde contra
huius ſtatus & uitæ homĩeſ ſcriptum eſt: qui cũq; deſydera-
uerit ꝑmatum in terra: inueniet cõfuſionẽ in cęlis. Et iteꝝ:
int̃ ſeruos dei nõ cõputabit᷒: qui de ꝑmatu tractauerit. Sed
& Chriſtus in euãgelio has illiſ pœnas & cõminatiões con
firmat. Ait enĩ: ue uobiſ qui diligitiſ ꝑmas cathedraſ. Sed
quid hęc cõmemoramus? Plena eſt ſacra ſcripta huiuſmõi in
crepatiõibus & cõminatiõibus. Quis ergo dubitat periculo
ſum, difficilem, & cunctis aculeis miſeriis refertum eſſe illũ
hominũ ſtatum: cui tot maledictionũ & anathematum: tot
cõminationũ genera: tot pœnaꝝ & ſuppliciorꝝ mala: ꝓphe-
tæ, patriarchæ, ſancti, ipſe quoq; deus: in ſcriptis ſanctis im
precant᷒? Vñ Criſoſt. (ſup illud obedite ꝑpoſitis ueſtris) O
pontifex, o prelate: cõſpice q̃nto igni ſupponis caput tuum.
Et ſubiicit: miror ſi quẽ cõtingat ſaluari de his q ꝑncipant᷒
& ꝑſunt in tãtis minis. & in tãta pigritia: in tãtis increpa-
tionibuſ & in tãta deſidia. Video tñ currenteſ & ſponte ſe
ſubmittẽteſ in pericula. contra quos duriſſimũ iudiciũ his q
præſunt ſcilicꝫ male. De bonis uero ſcribit᷒ ꝓuerbioꝝ. xii.
nouit iuſtus aĩaſ iumentoꝝ ſuoꝝ. Sed quid de periculo, &
incõmoditate, & aculeis eccleſiaſtici ſtatus dicã cum epĩs &
clericis ipſa ſymonia (quę hereſis appellat᷒) tã familiariſ &
cara ſit: ut uix ſine illa in domo dñi incedãt? Quibus etiã
inuidia domeſtica, auaritia ãnexa, libido, ira & ſuperbia in
reꝝ abundãtia uidet᷒. Sunt in hoc ſtatu patriarchæ pompoſi
epĩ negligẽteſ. decanus timidus. archidiaconus elatuſ. cano
nici extra choꝝ uacãteſ. uicarius in litibus. tabellio falſus.
ꝑſbyter imprudẽſ. curatus ignatus. cõfeſſor leuis. diaconus
euãgelia neſcienſ. Subdiaconus ep̃lam ignorat. cãtoꝛ latrat.

theſaurarius fabricat, defraudat. ſacerdos ſacramenta uēdit. capellanus uenalis: ut ſtatim latius tangemus in capitulis ſeqn̄tibuſ. ubi ſingularit̄ de quolibet gradu & officio eccleſi aſtici ſtatus ſuccincte agemus ;

Ca. xiii. De dignitate & prerogatiua officii decanatuſ in eccleſia. & de illius honore & ueneratiōe. & de his q̄ ei competunt. Demum de pluribus oneribus & afflictio nibus ac defectibus & periculis Decanorum ;

Vdita ſunt preconia, laudeſ, necnō exellentia, præeminentia ac ſanctimonia ſtatus eccleſiaſtici in genere & communi. Audita deniq; ſunt eius uitę for mulę, incommoda, calamitateſ & miſeriæ, afflictiōeſ & pericula. Quo fit: ut facile eiuſdem ſtatus dulcia & amara cuilibet recte intuenti patere poſſūt. Ver℞ quanq̄ ea quæ in ea re breui diſerta ſūt: ad om̄ſ eccleſię ſtatus ſcd̄m ordinum & officior℞ differētias applicari poſſūt: qui om̄ſ clericor℞ nomē & miniſtror℞ officiū in eccleſia ſortiti ſūt. quia tn̄ particula rius ep̄os & prælatos reſpicere uident̄: ſupeſt ut ad cætos inferioreſ eccleſiæ ſtatus. gradus & ordineſ breuis & ſingu laris ſermo decurrat. Cōſuetū igit̄ ordinē ſeqn̄teſ: unūquenq; inferior℞ clericor℞ gradum ſiue ſtatum tāgemus: & quid lau dis, quid exellētiæ, quid utilitatis. demū quid calamitatis, afflictiōis & periculi habeat. ſed & quot defectus in eos dā nabilit̄ committant̄: ſuccincte afferemuſ. Primo igit̄ poſt ep̄m decanus ſiue præpoſitus exiſtit. nec id rōne caret. quia (ut inquit canon calixti papæ & martyris) decanor℞ digni tas recte maior poſt pontificalem appellat̄. Nā decano poſt pontificē maior ac p̄ncipalior cura & collegii adminiſtratio cōgruit. Rurſus ꝓximioꝛ eſt ep̄o dignitate & honoꝛe: cui ꝓpinquior eſt in cōſilio & aſſiſtentia. Ipſe collegium necnon

perſonas ac reſ collegii iudicat & tuet. Hinc in exodo: int iudicanteſ vniuerſitatē decanus cōſtitui iubet. quare ſacri ca noneſ uenerādā eam dignitatē decreuerūt. Eſt enī decanus: collegii caput. de quo ſcriptū eſt: cōſtituit eū dn̄s in caput, n̄ in caudā: quod cęteris corporis membris auctoritate & iudicio pręcellit. idq3 primitaſ loci in ecclesia indicat. Habet deniq3 decanus in capitulo & collegio p̄mam uocē. p̄mas ſalutatiōeſ. p̄mos recubituſ. Sed iam audi huiuſ dignitatiſ onera: huius ſtatus calamitateſ, miſerias, defectus & p̄icula. Imp̄mis igit̄ fateor: grandis eſt huius ſtatus p̄rogatiua. Sed vtinā tā bene huius dignitatis onera agnoſcerent: quā ipſa appetit̄. Dicam uerius: tā utilit̄ ei incumbētia implerent: q̄ ab oībus ſciunt̄. Gaudent certe decani & p̄poſiti de honoriſ exellētia: ſed vtinā dignitatē uirtus ſequeret̄. Virtus enim (vt q̄dam ait ſapiens) non ſolet eſſe iactatrix aut ſui miratrix: ſed alieni imitatrix nō de extrinſeco honore: ſed de cō ſcientiæ onere cogitat. ſi illud delectat: iſtud cruciat. Virtuſ nō de ſe cōfidit. nō arrogat. ſcit hoc eſſe tempus militiæ & laboris: nō delectatiōis. nō pompæ. nō fauſtus. Fateor deniq3: Decanus collegii & capituli caput exiſtit: ſed uide ne dignitas ipſa qua tātopere delectaris: cōteret caput tuum. Sic age: ne de te ecclesia dicat quod ſcriptū eſt: caput meum doleo. Videat decanuſ qui ſe collegii caput iactat: ne cæteri de improuido capite capita ſua moueāt. Cernat ſi eius facta ingerūt commotionē capitiſ in pp̄lis: quia omē caput lāguidū a pede uſq3 ad uerticē n̄ eſt in eo ſanitaſ. Caueat decanus: ne ſit illud caput de quo ſcriptum eſt: facti ſūt hoſteſ eius in caput eius. Aduertat decanus ne caput ſerpentis ſit cætera membra nedum uegetās ſed inficiēs. quia deuſ cōfringet capita draconū in aquis. Verendū eſt plurimū: ne ſint illa capita de quibus ſcriptū eſt: in vniuerſis capitibus eius caluitium: ideſt deformitatis uitiū. Decanus ſiq̄dem ſi recte

agat: epiſcopo odioſus ſit neceſſe eſt. adeo: ut illius ſit hoſtis: ſi collegii amicus eſſe cupit. Si uero a pſule amat: a capitulo odiet. Pro eo eni caput capituli eſt cõſtitutus: ut nõ nunq̃ cupiditatibus aut epiſcopi inſolẽtiis reſiſtat. qui puilegia: qui libertateſ: qui bona: qui redditus eccleſiæ plerũq; uſurpat. Ideo certe Decanus, caput eſt: ut collapſa collegii erigat. ſparſa colligat. recuperet pdita. deformia deformet Caput tũc eſſe deſinit: cum ſingulorꝝ de collegio crimĩa palpat: ne eorꝝ fauoreſ perdat: atq; ut eum eligãt: honorent & uenerant. Sed fateor labiis honorabũt: non animo. cor autẽ longe eſt ab eis. Collegiũ rurſum regendũ decanus ſuſcipit immo uerius ferã indomitam gubernãdã. Parua eni domus ægre & difficulter regit. Magna collegia præſertim ſine ſapientia aut uirtute tãto regunt difficilius: q̃nto quot ſũt ſinguli: tot ſingularibus ferunt opinioĩbus. Si igit decanus lętat de honoris dignitate: metuat onera. metuat pericula. q̃ ſunt: ut enarrari facile nõ poſſunt. Quis eni eſt decanus qui epo n̄ ſit grauis & cõtumax: quin potius ꝯtra eum ꝯſpiret: qui in eius cõtemptũ nõ abſtinet a diuinis. qui ſigillat litteras ſine capituli aſſenſu. qui ſibi cõmunia eccleſiæ appropriat. qui non reſidenteſ agit ut percipiãt fructus: licet non facienteſ ſeruitiũ. qui grauat ſubditoſ. qui eos nõ defendit. qui eos tolerat pro pecunia in peccatis: qui inhoneſte incedunt: inhoneſtius uiuunt. Paucula huius dignitatis onera pericula & afflictiões atq; defectus enarrauimus. quia in ſequentibus eccleſię officiis & gradibus, plurima adducemuſ: quæ merito eidem dignitati aptari poſſunt. Qui igit aureſ habet audiẽdi: audiat. & int tot periculorꝝ anfractus, ſit cautus. Facile enim uitabit cruciatum: ſi uelit uitare reatum.

Ca. xiiii. De dignitate & prerogatiua officii archidiaconorꝝ. ac de honore & ueneratione ei debitis. & de his

quæ ad eum ſpectant. Demū de plurimis oneribuſ & afflictionibus. defectibus, & periculis Archidiaconoꝝ.

Rchidiaconi dignitas non paruam in eccleſia militādi prærogatiuā, nec infimū honoris gradum habere dinoſcit̄. Ipſe enī p̄cipuus oculus epiſcopi dicitur: ꝓpeo ꝙ cuncta ad ep̄m expectātia: uidere ac ſolert̄ ꝓuidere tenet̄. ueluti qui a canonibus uicarius eſt illius ↄſtitutus. Ad Archidiaconū ſiqdem præceteriſ eccleſiæ gradibuſ pro ſingulari q̄dam exellentia examinare ꝑtinet ordinādos. idoneoſq; admittere. inabileſ uero repellere. Qui (ut canoneſ aiunt) prælatus merito exiſtit: quia poſt ep̄m p̄eminentiā, iuriſdictionē & auctoritatē obtinet: p̄ſertim cohertiuā & cōtentioſā. Rurſus illi corrigēdi atq; uiſitādi nō tā cleꝝ: q̄ pp̄lm faſ eſt. Ipſe deniq; p̄ſidere debet: cum archip̄ſbyter eligit̄. Ipſūq; inſtituit & ꝓ meritis deſtituit: ſi cōtraria non extet cōſuetudo. Ipſe tādem tātæ dignitatis eſt: ut coadiutor epiſcopi eccleſiæ p̄ncipis recte dicat̄. Sed & ad eū pertinet uacanteſ cuſtodire eccleſias. Ex qbus, prefatę dignitatiſ eximius honor ſimul & utilitas: facile comp̄hendit̄. Veꝝ audi amara huius ſtatus: tu qui dulcia deguſtaſti. atq; imp̄mis ea repete: quæ ſup̄ ꝓxime attulimus. ſignant̄ in p̄cedentibuſ capitulis: ubi de ep̄is & clericis in genere egimus. Sed & illa hic uiſere: quæ pauloante de Decaniſ diximus. Adde: quia fateor archidiaconi ampla, ſed & honoranda eſt dignitas. ſi tu ea dignus exiſtis: non parua eſt p̄eminētia. ſi quos poteſtate regis: uirtute p̄emineſ. Honoris eſt p̄rogatiua: ſi cęteros humilitate p̄cellit. Quod ſi ſecus agis: utiq; experietis illud ſapientis ſenatoris: quia dignitas ip̄a parem uicem improbis reddit: quæ non tā a poſſidēte deturpat̄: q̄ ipſū dep̄at. deniq; nō paꝝ eos cruciat ipſa aſſidua diraq; ābientiū crux. Quis enī eſt archidiaconus: qui nō prępoſitus

aut decanus: ille epiſcopus aut archiepus: ille patriarcha: il
le cardinalis: ille tãdem romanus pontifex aſſumi ñ uelit:
Quis archidiaconus preficit: niſi ut potẽtior aut ditior ſit:
& cõtra iuſtitiæ precepta ꝑeſſe quærat: qui ꝓdeſſe neſcit: &
magnæ claſſis gubernacula querat: qui paruã ſcafã dirigere
non nouit: Taceo intrinſecas eoꝝ calamitates: qui plerunqꝫ
ſpem emũt dignitatũ. & ut ꝗdam ſapiens dicebat: uertigo
eſt oĩm peſſima: ut ad eã nunc currãt certatim homĩes: quæ
fugere iubent: ab hiſqꝫ retrahi nõ uelint: quæ olim aſpnari
ɔſueuerũt: quippe & debuerũt. Fateor rurſus: archidiaconus
oculus epiſcopi deſcribit: nõnunꝗ tñ tales ipſi præſules ſũt
taleſqꝫ eoꝝ oculi: ut alter altero orbari uellet. adeo: ut eps
de eiſipſis oculis dicere cogat: ɔtenebrati ſũt oculi mei. Et
iteꝝ cum alio ꝓpheta: nihil reſpiciũt oculi mei: niſi mala.
Quibus alius ꝓpheta ait: dedit tibi dñs deficiẽtes oculos.
Et Hieremias: oculi eoꝝ pleni ſũt puluere: qui aptis pal-
pebris nihil uideãt. quia oculos hñt & non uidebũt. Quis
enĩ epus de his ocul gratias agit: ut dicere ualeat nec elati
ſũt oculi mei: qui ita epiſcopi ſui neglıgẽtias ſuppleãt: ut
de eis dicat: impfectũ meũ uiderũt oculi mei: ideſt archidia
coni. Hi certe ſũt oculi de ꝗbus ait ꝓpheta: ponam oculos
eoꝝ ſup malũ & nõ ſuper bonũ. Quid enĩ aliud uident ar-
chidiaconi: niſi munera. Cõferunt bñficia, nõ meritoꝝ: ſed
pecuniaꝝ cumulo. nõ uirtuti: ſed ſanguini. qui ad ſacros or
dines deordinãdos: ordinãt. implent inutilibus atqꝫ ignaris
miniſtris eccleſias: ut burſas repleãt. Hi ꝓpter obſeꝗa, de-
licta nõ impuniũt. arcas: nõ perſonas uiſitãt. nec ad lucrum
aĩaꝝ: ſed quæſtũ & grauamẽ uiſitãdi officiũ uertunt. Hi res
pauperꝝ pauperibus nõ erogãt. ſeſe ſecularibus exhibẽt. qui
ɔtemnũt pſbyteros. qui pncipum curias ſequunt: ut ad cathe
dram peſtilentiæ peſtilent aſcendãt. Hi certe (ut cum ꝓphe
ta loquar) uiuificant morituros: & mortificant uiuituros.

excõmunicant ſine cognitione·abſoluũt excõmunicãdos·Hi magiſ lauta cõuiuia: q̃ diuina ſequunt̃ officia·Adde: quia q̃ ad eos ptinent: negligunt·aliena uero uſurpãt·& cũ eorꝝ tota pene iuriſdictio ex cõſuetudine pendeat: cõtra epm pſcribunt·in eius ordinariã meſſem: extra ordinariã falcem mittunt·Taceo eorꝝ pudicitiam·quæ tãta eſt: ut ſubditos agat impudicoſ·qui facile maiorꝝ imitant̃ exẽpla·Ad quoſ Hieremias in trenis ait: ſubtrahũt miniſtri domus dei a tẽplo aurꝝ & argentũ·& erogant illud in ſemetipſos·Et ſequit̃: dãt aũt ex illo ꝓſtitutis & meretriceſ ornãt·hi ñ liberant̃ ab erugine & tinea·Illoſ certe ſignat Malachias·receſſiſtiſ (inquit) a uia ueſtra: ſcãdaliſatis plurimos in lege: ꝓpterea dedi uos cõtemptibileſ & humileſ oĩbus pp̃lis· Paucula certe ex multis huiuſ officii calamitateſ & afflictioneſ, miſerias, defectus atq̧ pericula enarrauimus·cum longe plura ſint: q̃ ſcribere libeat·quę cũ quiſ in eo ꝯſtitutus ordine: ſecum ipſe cõſyderat: nihil eſt cur non intuſ plurimũ crucieť: cuius aptiſſimi ſũt defectus & pauciſſimi ꝓfectus·Quare q habet aureſ audiẽdi: audiat·& in tãtis periculiſ conſtitutus ſit cautuſ·nõ enĩ timebit ſupplitia: ſi ſtudebit fugare uitia;

Ca·xv: De dignitate & prærogatiua officii Cantoꝛis· & primicerii· & de honore ac ueneratione ei debitis· & de his quæ ad eum ptinent·Demũ de plurimis oneribus & calamitatibus, defectibus, & periculis Cantorum;

Antoꝛ ſiue Primi cerius: ſingulari honoris & dignitatis prerogatiua in eccleſia fungiť·cuiuſ miniſterium ad cæleſteſ laudeſ: ad cultus diuini augmẽtum pncipaliuſ ordinať·Hic: (ut canonica tradit inſtitutio) accolitos, & cætos eccleſiæ inferioreſ gradus ac miniſtros ad diuina dirigit officia canendi, legẽdi· hymnos & pſalmodiam

præuidet atq̃ inſtituit· Sed& quicq̃d diuinę laudiſ in com
muni choro decãtat̃: per eũ ſollicite ꝑordinat̃·pſallẽdi or//
dinẽ:orãdi modũ ipſe cõmittit·neglıgẽteſ aut diſcolos pu-
nit·Et ut pauciſ agamus:eius oneri incumbit: ut diuina of
ficia gnanit̃ & ordinate altiſſimo perſoluant̃: ut iuxta apłm
omĩa ſcd̃m ordinẽ fiãt in eccleſia·Tanto igit̃ cãtoris digni
tas apud deũ dignior,acceptiorq̃ eſt:q̃nto ꝑncipalius cæle-
ſtibus laudibus occupat̃·Nemo enĩ dubitat q̃ntum deo no-
ſtro ſit iocunda,decoraq̃ laudatio·Hinc amico dei moyſi ꝓ
ſpeciali q̃dam exellentia dictũ eſt:elige ad iudicãdũ ppłm
uiros qui oderunt auaritiã·tu aũt inſiſte in his quæ ad deũ
ſunt:ut laudeſ & cerimonias offeras deo tuo· Sed & Iſaias
ſuꝑ cuncta quæ in eccleſia dei geri ꝑſignabat,moderniſ mi-
niſtris dei ait:tu(inquit)bene canta·frequenta cãticum· Et
iteꝝ ſcripta ait: uociferabunt̃ leuitæ:& ego exaudiam eos·
Veꝝ:heu heu dixerim:cecidit corona de capite eoꝝ·& cã-
tus illoꝝ uerſus eſt in luctũ·quia carmẽ lugubre in ore eo-
rum·Cãtoreſ ſiq̃dem moderni in eccleſia nec canũt deo lau
deſ:nec ut alii eos pſoluant,efficiũt·Quos cõminat̃ ſcripta
ingens: nõ claudas ora canentiũ:deo enĩ gratũ eſt obſequm
eoꝝ·Hi ex officio canere debent dño:quia bona tribuit ſi-
bi·Hi nequaq̃ dicere pñt: exultabũt labia mea cũ cãtauero
tibi·Quõ enĩ tacent qui cantare iubent̃:q̃bus ꝓpheta ait:
pſallite dño in uociferatiõe·Cantãt plerunq̃: ſed nõ cũ gra
uitate & modeſtia· Qui utinã ex eoꝝ numero eſſent q̃ di-
cere poſſẽt:in pplo graui laudabo te· Non enĩ cantat dño:
qui ex corde nõ pſallit·cuius uiæ impiæ ſunt: & ad ſæcula
ria debaccant̃·Quẽ,& ſimiles: alius ꝓpheta ſignat ingens:
uoceſ & uictimæ impioꝝ,non placent dño·Et iteꝝ:cantica
eoꝝ q̃ſi panis lugentiũ· Et rurſum alibi:non pſallebãt ad
me in corde ſuo miniſtri altaris: ſed ululabãt in cubilibuſ
ſuis·Quõ·n·eccleſię cãtoreſ ſeptieſ in die laudẽ dicũt dño:

qui utinā ſemel chor℞ ingrederent̄·Quippe uerecundum ho
die putāt canere dn̄o·qui cātoreſ appellari geſtiunt·Oppo
ſitum apponūt in obiecto·& monſtro ſimile temptāt·cū cā
toreſ eſſe uolūt·& cātare dedignant̄· Non igit̄ canētes aut
pſallenteſ·ſed potius ſilenteſ dicant̄·quare nec ut canenteſ
mādueent·quippe ut ſilenteſ mēdicent·Magna itaq̄ miſte,
ria·magna calamitas·ſed & magnū periculū eſt id neglige
re quod ſūt·& ita agere·ne nomē cōſonet rebus·Canebant
enī antiq̄ eccleſiæ miniſtri·ſed diuerſo calle·Nōnulli enim
pſallebāt cum gaudio·quia ſuū pſoluebāt miniſteriū· quos
rex & ꝓpheta ſignat ingens·exultate iuſti in dn̄o·quia re
ctos decet decātatio·Alii uero cātabant dn̄o corde & uoce
nec eos tenebat pſallendi faſtidiū·quos delectabat ꝑuenien
di deſyderium·Sic canebat Dauid inquiens·cātabileſ mihi
erāt iuſtificatiōeſ tuæ in omni tempore· Hos certe cātores
laudat,extollit,& commēdat eccleſia· nō utiq̄ eos·qui totū
pſallendi finem in uocis dulcedine collocāt·Qua de re ſan
cti uiri & ſapienteſ·diuerſas circa eccleſiæ cantū,tulere ſen
tētias·Athanaſius enī(meditās cātilenas)aīos hoīm plerū
q̄ inaneſ,uanoſq̄ efficere poſſe·cauendū canendi uſū,in eccle
ſia interdixit·Meminerat enī ſanctus uir canēdi delectatio
nem uanos nōnunq̄ gignere cōceptus·memor multor℞ noīa
tor℞ ꝑncipum,qui incredibilem curā uocis habuere·uelut de
Caio cæſare legimus·Taceo de nerone·qui ultima uitę ſuę
hora·ꝑma inter querelas quas ꝓpinqua morſ afferebat,illa
fuit·nō q̄ tātus ꝑnceps·ſed q̄ tātus muſicuſ periret·Verun
tamen beatiſſimus præſul Ambro·pietatis appetēs, diuini
q̄ cultus auctor & inſtitutor·ut in eccleſia caneret̄ inſtituit
Aurelius ūo auguſtinuſ utrūq̄ ſe paſſū ait·difficileq̄ nego
ciū iudicauit·ut in libro ꝯfeſſionū aſſerit̄·Adde q̄ dicemus
cū de canonicis agemus·Qui igit̄ aureſ habet audiēdi audi
at·ac ſi int̄ tāta pericla ꝯſtitutus ſecure incedere cupit·agat
iuxta præcepta ſui gradus·nec uſq̄ erit ei finiſ patuus.

Ca·xvi. De dignitate & honore officii theſaurarii vt cuſtodis eccleſiæ· & de his quæ ad eū ꝑtinent· Demū de plurimis oneribus & calamitatibus·afflictionibuſ, defectibus, & periculis illoꝝ qui talia officia habent.

Heſaurariuſ, ſiue cuſtos. ꝑcipua q̄dam ꝑrogatiua ac honoris p̄eminentia in ſacroſancta eccleſia fulget· Illoꝝ enī dignitati & officio baſilicaꝝ p̄mo incumbit cuſtodia & tuitio·hoſtiarioꝝ inſtitutio·lumīariū incenſio & pręparatio·Cura deniq; ꝯſtituendi ꝯſeruādiq; baptiſmatis, dirigendi baptiſterii· Vaſoꝝ quoq; ſanctoꝝ ac ſacerdotaliū ueſtiū. necnō ſacraꝝ reliqaꝝ· & tandem totius eccleſię theſauri ad eum p̄ncipalius ꝑtinet cuſtodia·ſed & int̄ eccleſiæ miniſtros ꝓ mō obſequii & ꝑſonaꝝ differentiis redditus, & oblationeſ diuidit·Merito igit̄ ſancta ſynodus idipſum dignitatis officiū, vt vnā eccleſiæ columnā ſūmo ſtudio eligendā honoriq; habendā decreuit. vt nullus in ea niſi ſanctior & melior ordinet̄· Sed ordo exigit policitus· vt huius dignitatis onera, afflictioneſ & pericula breuiſſīe audiamuſ· Imp̄miſ igit̄ ſacriſtæ ſiue theſaurarii eccleſiæ aut cuiuſuis Reip·recte ſtomacho corporiſ natalis comparant̄· Veluti enī ſtomachuſ recipit, quippe & cōſeruat ſūma diligentia alimenta humano corpori neceſſaria·quę tn̄ refundit uirtualit̄ & effectualit̄ in membra ſingula·nec alit̄ theſaurarius cōſeruat eccleſię theſauros· & ſua diſpoſitiōe expenſarum ſubſidia infundunt̄, aut in ærarium eccleſiæ. aut in ſinguloꝝ neceſſitateſ. principis aut cōmunitatis iuſſu·Et ueluti ſtomachus peſtifer eſt qui multa recipit, & recepta minime refundit in membra ꝓ eoꝝ nutrimēto. ſic theſaurarius aut eccleſiæ cuſtos multa ab eccleſia recipiēs, & nō ꝯſeruāſ. nec æq̄liter pro ſinguloꝝ utilitate diſtribuens. peſtifer eſt· multoſq; morbos in corpore eccleſię generāſ·Et de talibus

ait Hieremias: uentrem meum doleo. Et iterum Isaias: transgressorem ex uentre uocaui te. Si uero fideliter cõseruat, atque pro membrorum & personarum ecclesiae qualitate & praesidentis dispositiõe utiliter distribuit: tanquam saluberrimus cõmendãdus est.

¶Hinc Policratus, recitat fictam sed facetã ac utilem fabulã: de altercatiõe & discordia inter membra & stomachũ: eoque ille deuorabat omnes labores eorum. nam (ut ait ecclesiasticus) omnis labor hois in ore ipsius. Tandem cũ uenissent ad iudiciũ corã rõne, quae erat iudex, & ratio iudicasset: membra nihil debere dare stomacho. Illico mẽbra debilitata sũt: & tremores in cunctis mẽbris aderãt. quare eisdem mẽbris cõquaerentibus: iterum rõ iudicauit: ut alimẽta stomacho a membris ministrarent. Quo facto: mẽbra reuocillata sũt: & pax cõfirmata est. Et ob eã rem Policratus subdit: quod thesaurarii ecclesiarum, & qui principum tenent gratiam: nõ sibi sed cõmunitati & totius corporis Reip. coaceruare debent thesauros ipsos, & ecclesiae redditus. Si enĩ aut sibi tenaciter cõseruat: aut nimia largitate exinanitus fuerit: nihil habebit quod ministris & ecclesiae mẽbris distribuat. Sed iã specialius ad huius officii labores, difficultates, incõmoda atque pericula descendamus. Thesaurarii itaque siue custodis dignitas fateor perdulcis est. Idque eius nomẽ indicat: ab auro dictum. nec mirum si nomẽ delectet: cuius rem mortales tam auide perquirimus. Delectãtia certe nomĩa: sed difficillima officia: si recte gerantur. alioquin periculosa plurimum atque mortifera. Iocundũ nomen: sed moestus effectus atque promptũ periculũ: si reddenda est aliquando de receptis ratio. Taceo de neglectu: cũ scriptũ sit: maledictus homo qui agit opus dñi desidiose. Basilicarum igitur sacrorum, quae utensilium ac uniuersi ecclesiae thesauri custodia atque cura illius unius proh pudor tuitiõi uerecunde cõmittitur: qui plerumque sui nõ rectã gerit custodiã: qui aut puer est aut minus ad idoneus: nec satis notus. Et quod periculosius est: cui nec aetas

nec ingeniũ, nec moreſ, nec induſtria: ad paruæ domus cuſto
diam ſatis ſufficeret: matricis ꝑncipaliſ[q]ꝫ eccleſię templa: nõ
mõ t̃cibus vnita, ſed ſacris p̃cioſiſ[q]ꝫ iocalibus ditiſſima: illo
rum[q]ꝫ cõſeruatio: intrepide demãdat̃. Mira confidentia aut
magna dementia. mirãda facilitas aut ſtulta ſecuritas. Ve-
reoꝛ ne hi ſint illi cuſtodeſ: quos daniel ſignat ingens: cuſto
deſ tui q̃ui locuſtę. Sed oꝛo: quo pacto luĩaria in eccleſia accẽ
dent: ne lucis in domo dei deſit ſplendor, qui ſemꝑ obſcuri
exiſtunt: aut quõ qui dormiũt in tenebriſ & vmbra mortiſ
aliis lucebũt? Quõ rurſus ſacra tuet̃: q ꝓfana intuet̃? quõ re
liquiaꝝ ſanctaꝝ p̃cioſa pingnora uenerabit̃: qui tytulũ nõ ui
dit: nec eiuſ auris audiuit: nec in coꝛ aſcẽdit, de reliquiis &
ueneratiõe ſanctoꝝ? quõ dñicum corpus reuerent̃ tenet: qui
ſpurcitiis adheret? quõ ſolert̃ pręſtabit exactã cuſtodiã cęte
raꝝ reꝝ ſpũalium: cui aſſidua eſt cura reꝝ ſęculariũ? Adde
cui ſacrariũ carcer eſt: altare exilium. Iubent̃ ſiqdem cuſto-
deſ (vt in libriſ numeꝝo legit̃) excubare in cuſtodiis taber
naculi. quippe cuſtodiã ꝯtra cuſtodiã diligẽtiſſime adhibere
Sed hi (vt alii filii Heli) cõcubinas mittunt ad cuſtodiã do
mus dei. Deni[q]ꝫ redditus ac oblatiõeſ theſaurarius recipit.
quas vtinam æqua lance diuideret. Sed forte male dixerim
diuidũt inꝗ̃: ſed nõ vt apli ꝓut vnicui[q]ꝫ opus eſt. ſed hñti
dãt: & non hñti ſubtrahũt id quod habere debeat. nõnunꝗ̃
uero nõ ſeruienti: ſed abſenti tribuunt. Diuidit inꝗ̃ a fratri
buſ: non a ſe. ſic ꝑteſ diſtribuũt: vt totum retineãt. expẽſas
graues defalcat: qui lucra ſenſit. nõ parua damna ſuppotat:
qui ultra ſortẽ extorſit. & more ꝓditoris diſpenſatoris: ſa-
crum de ſacro eripit, at[q]ꝫ dignitatis emolumentũ in ſacrile-
gium uertit. Ex quibus huius officii defectuſ, calamitateſ
& pericula facile ꝯſpicieſ. Si igit̃ aureſ habeſ audiendi: au-
diaſ. & int̃ tot diſcrimina & ꝑicula uerſatuſ: ſis ꝓuiduſ. Tu
tus. n. in hac uia gradieris: ſi quod ordo reqrit: ſequeris;

Ca·xvii: De dignitate & prærogatiua officii Scholaſtici in eccleſia· & de his quæ ad hoc officium ſpectant· Demum de plurimis oneribus, afflictionibuſ, & calamitatibus·ac defectibus & periculis Scholaſticorum,

Cholaſtici officium ſiue dignitas: nõ modo honorãda, ſed ſũme neceſſaria in eccleſia fore dinoſcit̃· Vt enĩ ait honorius in canone: ſcholarꝝ magiſtri uelut ſtellæ in ꝑpetuas æt̃nitateſ: doctrinæ lumen infundit· Hos merito eccleſia honorat atq̃ prębendis atq̃ redditibus non mõ ꝑmiat: ſed ditat·vt in vnaquaq̃ cathedrali eccleſia clericos & cæteroſ ſcholareſ paupereſ gratis inſtruant· Quare illis ea de re tam opulent̃ ꝓuidet: vt & docẽtiſ releuet̃ neceſſitas: & uia pateat diſcentibus ad doctrinam·

Sed huiuſ officii calamitas, defectus, afflictio, & periculum: breui audire libet· Atq̃ imp̃mis Scholaſticus qui a ſapiente ſchola, nomen trahit: nequaq̃(vt puto)tã faſtuoſo nomine oblectaret̃: ſi uera ſapiẽtia fulgeret· Vt enĩ inqt Laureatus poęta: nõ eget tytulis ſapientia ſolida: per ſeipſam clara eſt· Quis lucernam vt uideat, ſoli adhibet? Plurimi ſcholaſtici doctoris aut magiſtri dignitate inſigniti: cũ his tytulis obſcuri & abſq̃ illis clariſſimi euaſere·Sed uerꝝ eſt quia hodie mortaleſ: tytulos quærũt, nõ rem·laudem petũt ꝑmium certe inane, exiguũ atq̃ ſordidũ·Quæ reſ egẽtiſ ingenii ſignũ eſt: quia vmbris gloriari: ac opĩone nõ ueritate duci uolunt·Rurſus neceſſe eſt vt illud noſcat qui ſcolaſtici dignitatẽ aſſumit: quia docendi, nõ laſciuiẽdi: nomẽ aſſumit Docere enĩ eũ oportet nõ nuda litterarꝝ inſtrumẽta: ſed morum ꝑclara documẽta: vt quod docet: in ſe teneat·Sed ꝓh dolor aſſumunt̃ qdem ſcholaſtici in hac tẽporiſ tẽpeſtate ad huiuſmõi eccleſiæ officiũ: vt honoris aſſequant̃ dignitatẽ: licet nullã ſciẽtiæ habeãt facultatẽ· Appellant̃ quod nõ ſũt·

nec unq̄ didicerunt:quod docere cōtendunt. & quod uerecū
dius dicā,& periculoſius eſt:qui nuſq̄ ſcholas uiderūt:ſcho-
las regere ꝓfitent̄. Magiſtri uocant̄:qui nondū fuerunt di-
ſcipuli. aut(ſi uelis)magiſtri ſunt erroris:qui nunq̄ fuerunt
diſcipuli ueritatiſ. Peritiā docendi pollicent̄:q aperte igno
rantiā cōfitent̄. Facundiā dicendi hoc officiū exigit:qui bar
bariſmiſ utunt̄. Subtilitatē deniq̄ ſacraſ interpretādi ſcripturaſ
ea dignitas exqrit:qui utinā ſimplicē intelligerēt litterā.
Magna certe miſeria,magna eſt magiſtri cōfuſio:id ignora
re quod uocari delectat. ut recte ei apts dicat. qui aliū do
ceſ:teipſum nō doceſ. Hos qdem ignorantiæ pceptoreſ mo-
net ſapiens cū ait:anteq̄ loquaris & doceas:diſce audiendo
Quid eni tam t̄pe:q̄ ꝓfiteri artem quā nunq̄ nouit?Et in
eam cōmittere:quæ eū decorat?Taceo eoꝝ moreſ omni ſa-
nę doctrinæ aduerſos:cum dicat Boetius:uas putridū corrū-
pit aquas. & omniſ doctrina uileſcit ex ignomioſa uita do-
centis. Sed utinā quod per ſe nō ualent:per doctos ꝓboſq̄
uiros expleret. Sed ueꝝ eſt quia hoc habet oīs ignorās:ut
taleſ cęteros appetat:doctoſq̄ pſequat̄. quia nō facile p cæ-
teros explet:quod ipſe oderit. Qui igit̄ habet aureſ au-
diendi:audiat. atq̄ int̄ tot calamitatū & defectuū pericula
cōſtitutus:ſit cautus. quia nulla ei nocebit aduerſitas:ſi nul
la dominat̄ iniquitas,

Ca.xviii. De pręeminentia & utilitate officii archi-
preſbyteri. & q̄ntæ ſit ueneratiōis. & de his quę ei com
petunt. Demum de plurimis oneribus,& afflictionibus,
defectibus & promptis periculis Archipreſbyterorum;

Rchipreſbyter non paruum honoris & pręrogatiue
gradum in dei eccleſia obtinet. Hic eni maior pre-
ſbyteroꝝ dicit̄:quia illis pręeſt:& in eos iuriſdi-
ctionem & coertionem exercet. cui uiſitatio(ut ſacri habent

canoneſ) aliqñ perſonaꝝ: regularit̄ uo eccleſiaꝝ ac fabricæ: competit. Sed & qua deuotiõe, quo ue ordine: baptiſmuſ, cęteraq; a pſbyteris cõferant̄ ſacramēta: cura ei pertinet. Hic ex ſingulari ꝓrogatiua, abſente epiſcopo miſſas ſollenneſ in ciuitatibus celebrat. ſacerdoteſq; ad miſſas & diuina officia decãtanda deputat. Hinc largo nomĩe prælatus: licet ruralis nuncupet̄. magna certe dignitaſ: cui magna committunt̄.

Veꝝ q̃nta ſit huius officii & ſtatus calamitas: q̃nta afflictio: q̃ntum periculũ ex eo cõſpicere libet. quia ipſe archipreſbyter qui maior pſbyteris nomĩat̄: nomē ſolũ retinet: rem aũt ipſam diu perdidit. atq; utinã cęteris preſbyteris nõ minoꝛ eſſet uita & idoneitate: ipſe qui gaudet nominiſ maioritate. Maioreſ ſũt ut poteſtatē exerceãt. nõ qdem in rectitudine & humilitate: ſed in rapinis ſuperbia & abuſione. Sacꝝ eſt archipſbyteri nomē: ſed exercens ꝓfanus. clarus tytulus: obſcura reſ. Magna certe calamitas eſt: Ex dulci fauo amaritudinē fundere. Viſitat archipſbyter: qui plerunq; uiſitãdus eſſet. corrigere ↄtendit: qui ad uitia tendit. eccleſias uiſitat: ut eas ſpoliet: nõ ut ornet. fabrice curam gerit: ſed domus ſuæ nõ muroꝝ templi. Hi ſũt quos ꝓpheta cõmemorat: ſuſcitabo paſtorē qui delicta nõ uiſitet. Adde: quia ſi uiſitãt nõ qdem in uirga iniqtatis ſubditoꝝ: aut in uerberibuſ peccata eoꝝ: nec ea uiſitatiõe qua ſcriptũ eſt: requirã oueſ meas: & uiſitabo eas ſicut paſtor uiſitat oueſ ſuas: ſed uiſitãt burſaſ. palpãt delicta. qui merito audiet: uoſ diſperſiſtis gregem: deieciſtis eos & nõ uiſitaſtis. quod craſſum eſt: commediſtiſ. quod infirmũ: nõ uiſitaſtiſ. q̃re (inquit ꝓpheta) uiſitabo ꝑuaricatiõeſ ſyon. Et iteꝝ: uiſitabo ſuper uiros defixos fecibus, uoluptatibus, uidelicet & auaritiæ.

Qui igit̄ habet aureſ audiendi: audiat. & in tãtis periculis ↄſtitutus: ſit cautuſ. agat iuxta eius officio incumbentia: & uitabit cuncta diſcrimina nocentia.

Ca·xix· De prꝛrogatiua & magna utilitate officii Ca
nonicoꝝ·& quãtum ſit honoris & reputationis· & quid
eis congruat·Demũ de innumeris huius ſtatus oneribus,
& afflictionibus,defectibus & periculis;

Anonicus ſicut honeſtum habet nomen·ſic ſaluber
rimũ in eccleſia miniſterium gerit·Dictus eſt enĩ a
Canone uel regula·quæ cuncta ordinat & dirigit·
Canonici itaq; regulati & diſciplinati dicunt̃·quippe ꝗ ſua
electione,regulatiõe ac diſpoſitiõe ep̃os eligit̃·qui eſt uer-
tex & norma cuiuſlibʒ eccleſiæ·qui & ſcd̃m ſacros canoneſ,
cunctoꝝ eſt ꝓordinator·Nec ab re ſancti patreſ, canonicos
cõſiliarios ep̃i fore decrenerũt·quare in corpore Reip·cordi
recte comparant̃·Nam ueluti a corde in corpore natali eſt
uita & regimẽ·ſic a canonicis ep̃m eligẽtibus & ei cõſulenti
bus,& oĩm pene in eccleſia agendoꝝ·regimẽ & directio ꝓ-
cedit· Quæ reſ agit ut ñ parua ſit canonicoꝝ honoris & ty
tuli ꝓrogatiua·qui ꝑmum in eccleſia gradum eligunt ſimł &
dirigunt· quare huiuſmõi ſtatus & uitæ forma nõ mõ hono
ris·ſed& emolumẽti in dei eccleſia plurimũ habet·Demum
hic uiuendi moduſ tranqllus atq; ſecurus admodũ eſt·nullã
curæ aĩaꝝ ſarcinã hñs·quo fit·ut minor doctrinæ atq; æta-
tis idoneitas eis ſufficere uideat̃·Adde quia libertatis ob
tinet ſatis·nec ad ſacroſ artat̃ ordineſ· quippe ꝗbus ad ſęcu
lum redire & ſub ſancto uiuere mr̃imonio libet· Verum
huiuſ uitæ miſerias,cruciatus & defectus·calamitateſ & pe-
ricula tuipſe audi· qui tã libent̃ huius ſtatus dulcia auſcul-
taſti·Impmiſ itaq; cananicus·qui(ut ais)nomẽ a regula tra-
xit·an ſub regula uiuat oro cõſydera ·atq; hic repete ꝗ ſup̃
de ep̃is & cętis clericis in cõmuni diximus·duodecĩo huius
libri capto·Demũ·quo pacto canonicus a regula dicat̃ igno
ro·qui canonice, & ſub regula nõ uiuit·qui(ut cęta taceã)

cōtra regulas canonum: plureſ p̄bendas obtinet. & unuſ ipſe
plurimoꝝ forſan melioꝝ loca occupat. quippe cum nō ſatiſ
eſt ut unus ſeruiat: dānabilit̄ multoꝝ ſeruitia intercipit.
Demū q̄nto liberioreſ ſūt canonici: tāto licētius in plurima
debacant̄ uitia. Nec una, uni ſufficit muliercula: niſi retentā
in domo habeat ut uxorem. cōcubinas uero & adoleſcētulaſ
quaꝝ n̄ eſt numerus. Sed & quō ſub regula uiuāt non uideo
qui epiſcopis nō obediūt: ſed reſiſtunt. ſæpeq; in eos cōſpi
rāt. armaq; mouēt atq; ne iuſte ab eccleſię p̄ncipibus puniā
tur: iniuſte ſe p̄ncipibus ſæculi federant̄: ſed & famulantur.
Et (ut paucis agā) in tribus locis canonici uerſat̄ officiū: in
altari, in choro uidelicet & in capitulo. In altari inq̄ reue
rentia exq̄rit̄. In choro honeſtas & diuinoꝝ deuota decāta-
tio. In capl'o moꝝ correctio, ac agendoꝝ unitas & utilitas.
Pro his, canonici in altari irreuerētiā uēdicāt. in choro, diſ
ſolutionē. in capl'o liteſ. ¶ Ad altare inq̄ irreuerent̄ acce
dunt. qui (ut ait Hugo) licet ablutis manibus, lota facie, al
bis ueſtibus appropinquēt: tamē peruerſo ope, polluto ore,
immūdo corde chriſti corpus: ſacra uaſa pertingere n̄ erube
ſcūt. Deniq; ad altare accedit elatus ad humilem. iratus ad
mitem. crudelis ad clementē. Accedit ſeruuſ ad dn̄m: nō ca
ritatis ſupernæ amore: ſed p̄dendi corporal ſtipendii timo
re. nō deuotiōe: ſed coactiōe. Accedit rurſus t̄batus ab ali
quo: aut alios t̄bans. accedit inq̄ canonicus ad altare uanus
curioſus, uoluptati ſubditus. accedit ad menſā chriſti: nō ni
ſi aliq̄d tēporalit̄ acceptus. Sed uerꝝ eſt quia acceſſit ad Ie
ſum Petrus: tn̄ acceſſit & iudas. Sed quo pacto deuote acce
dēt: qui legem dn̄i nec ſciūt nec diſcunt. Vacāt enī ocio &
cōmeſſatiōibus. nō libris. nō cōtemplatiōi. nō utili actioni
ſtudēt. terrenis inhiāt. tēporalia ſapiūt. aſſidui in plateis.
in eccleſia rari. tardi ad p̄dicandum. parati ad leporis ueſti
gia inueſtigandū. uelociores ad cōgregādos caneſ: q̄ ad alen-

dos pauupereſ·plureſ illis ad menſã ſeruiũt·ad miſſã nulluſ
Cifus eoꝝ calice p̄cioſior·equus miſſali carior· cappa eoꝝ
caſula pulchrior·camiſia delicatior alba· Nõ igit̃ eoꝝ ſacri
ficiis deus placat̃·ſed indignat̃·quia ſcriptũ eſt·oratio iuſti
impinguat altare· dep̄catio impii nõ liberabit eũ·Et iterꝝ
ſpreuit dñs altare ſuũ ꝓpt iniq̄tatẽ miniſtrantiũ· Rurſus
qualit̃ in choro uerſent̃ diſcutiendũ eſt·ubi tãto deterioreſ
inhoneſtioreſq; canonici degũt· q̃nto honeſtioreſ eſſe debe//
rent· ubi mente uagi,attoniti oculis,habituq; diſſoluti·ꝓ
ſpiciunt per cãcellos nõ pauperculas·ſed mulierculas·aliud
cantãt·aliud cogitãt·In choro ſũt corpore· in foro ſũt men
te·mane in theatro·ſero in eccleſia·ubiq; nũc intus,nũc fo-
ris exeũt ingeti·pſalmoꝝ ũba ñ ꝓnuntiãt·q̄bus cãtare pu-
dori exiſtimãt·q̄ ſi ũba aliq̄ñ proferũt·epꝝ ſenſum nõ attẽ
dunt·neſcienteſ illud Greg·qui uox pſalmodię· cum ex cor
dis deuotiõe agit̃,deo per intentionẽ mẽtis cõiungit̃· Alii
cantãt·ſed nõ q̄ libri habeãt·ſed cantãt ut placeãt populo
magis q̃ deo·tãta q̄buſdam leuitaſ eſt uociſ·q̃nta & mentiſ
frangit uocẽ qui nõ frangit uoluntatẽ·ſeruiat cõſonantiã uo
cum nõ moꝝ·Quibus ait Greg·quid ꝓdeſt dulcedo uocis·
ſi adeſt aſperitas mentis? Tandẽ cantãt ñ cum Dauid iuxta
arcã dñi·ſed in palatio cũ herodiade·ut placeat diſcumben
tibus·Merito igit̃ chorus eoꝝ nõ exultatiõis·ſed deplora
tionis effectus eſt·ut dicere cogant̃ cũ Hieremia·uerſus eſt
(inquit)in luctum chorus nr̃·Sed q̄d hæc? Vereor ne ueꝝ
ſit·canonicos nr̃i tẽporis fructus nõ facere ſuos·cum plurimi
choꝝ ñ eſſent ingreſſuri·niſi aliq̄d extorq̃rent·Alii unicæ
intereſſẽteſ horę·totius diei emolumẽta rapiũt·Alii ſteri
libus officiis ſterile exhibent obſeq̄um·pinguiora uero offi
cia frequentãt·Alii falſo infirmant̃·ut diſtributiões p̄cipi-
ant·&in domibus dilitelcãt·Alii(ut ita dixerim)infortu
nata hora qua interſũt ñ diuinoꝝ decãtatiõi·ſed ſæculariũ

negociationi·nec diuinis officiis: ſed humanis commerciis·
nec orationi: ſed uanæ cōfabulationi uacāt· Deniqꝫ ad ca-
pitulum canonici accedunt: ſed ut litigent·ut ꝓhdolor ubi
litigia ſopiri deberent: ibi naſcant̃· ibi culpa augeatur: ubi
deleri debuit· ibi diſcordias gignunt: parteſ conſtituunt·
Et(ut paucis agam) quoties canonicus capitulum ingredit̃:
toties domū periuruſ redit ·Prece enī aut precio, odio, fauo
re, aut timore longe aliud conſulit: q̄ aut cōſcientiæ aut ec-
cleſiæ utilitas expoſcunt·ibi non modeſta diſcuſſio: ſed cla-
moroſa cōfuſio· fitqꝫ captm officina diſcordiæ: cū eſſe debuit
mater cōcordiæ·Cōgregant̃ nō ut ſe corrigāt: ſed detrahāt·
nec fit de aīabus ſermo: ſed ipſi loquunt̃ de extrinſecis·du-
cunt ad captm oueſ & boueſ·Et ibi:(ut paucis cōcludā)nec
Maria locum habet, nec Martha compeſcitur: quia nec bona
actio uentilat̃·nec Mariæ ſilentiū cuſtodit̃·Taceo de electi-
one epoꝝ· in q̄ caro & ſanguis ac māmona iniqtatis longe
plus poſſunt: q̄ ordo iuſtitiæ & unitatis·Cum ꝯo captm ca-
nonicos creat aut cẽta cōfert beneficia: nō ad merita: ſed ad
uolita dirigūt uota ſua·nec ad lōgioza obſequia: ſed ꝓpinq
ora trahūt cōmertia·Veluti unus ex ſanctis eccleſiæ doctori
bus nō tā elegant̃, q̄ facete: in eccleſia argētina accidiſſe re-
fert·In ea enī cū de ꝯferendis certis in ea eccleſia uacātibus
p̄bendis canonici diſcordarēt: altero nepotē pueꝝ: altero fi
liū: altero ignobilē fratrē noīantibus: qdam romanus inibi
canonicus, aſellum qui pluſq̄·xx·ānis ei ſeruierat: noīauit·
aſſerēſ in ꝯſcietia: quia ꝑpt diuturna ſeruitia quę aſinuſ ecleſię
fecerat: dignior cunctis noīatis erat·Quis igit̃ ea omīa reco
lens: iocundus, tranqllus, aut ſecurus eſſe pōt: Et(ut inquit
Bern·)quis in tātis pericul ꝯſtitutus: ac tātis boniſ deſtitu-
tus: nō intra urget̃·nō urit̃·n̄ cruciat̃: Qui igit̃ habet aureſ
audiēdi audiat·& inter tot miſeriaſ, laq̄os & pericla ſit cau
tus·uiuatqꝫ ſub regula: qui a regla nomen accepit·Non·n·

timebit æterna ſupplicia: ſi ſtudebit uitare ſeculi uitia;

Ca. xx: de p̄eminētia, neceſſitate & utilitate officii Sacerdotū curatoꝝ: rectoꝝ curā aīaꝝ hn̄tium. Demū de p̄mis huius ſtatus laboribꝰ. & calamitatibus, defectibꝰ & pīcul

[R]ectoris, curatiq̄ ſacerdotis: eximia eſt dignitas atq̄ pernecessariū: ſaluberrimūq̄ miſteriū. Habet enim imp̄mis illū familiariſſimū atq̄ ſalutiferꝝ ad ueri corporis christi accessum aſſiduū: in quo eſt redemptio, uita, & ſalus noſtra. Deinde q̄nti honoris & emolimēti tēporalis hoc ecclesiæ officiū exiſtat: beatus aug. patent inſinuat. Nā illud ap̄li exponens: p̄ſbyteri qui bn̄ p̄ſunt duplici honore digni habent: ſic ait: preſbyteri qui bene p̄ſunt uita & doctrina: digni certe habent a ſubditis duplici honore: ſcilicet ut ſp̄ualiter eis obediāt: & exteriora bona miniſtrent. Nec ſolū honore ſublimi p̄miari debent: ſed & terreno. ut nō cōtriſtent indigētia ſumptuū tēporaliū: & gaudeāt obediētia ſp̄ualium. Demū ex eo rectoris & curati dignitas honor & utilitas cōprehendit: qm̄ (ut inquit Greg. nazazenus) ſpirituale eſt eius officiū: meditatorē eſſe pp̄li apud deū. Vnde rabanus: nō q̄liſcunq̄ dignitas ſacerdotū eſt. Huic enī ſorte datum eſt: ut meditator ſit inter deū & hominē: ut per eos genus humanū creatori recōciliet. Adde: hic p̄ pp̄lo orat. hic ſordes eius abluit. hic uice chriſti peccata condonat. hic claues regni cæloꝝ pœnitentibus aperit. hic baptiſmū quo chriſti nōie censem̄ & ei cōiungim̄, cęteraq̄ miniſtrat ſaluberrima ſacramēta. ut merito de illo dici poſſet quod ſcriptū eſt quia ipſe cōmedit peccata pp̄loꝝ. Sup̄eſt ut huis officii calamitates, afflictiones, defectus & p̄icula ſuccincte narremus. quoꝝ plurima in. xii. huius ſecūdi libri cap̄to diſſeruimus. cum in cōmuni clericoꝝ oīm miſerias, onera & labores

tetigimus·ſed& illis nõnulla addenda ſunt·quæ ineſſe cæ-
teris eccleſiaſticis officiis diximus: pſertim cum de canonicis
egimus·Parua tñ ex multis ſingularius eis cõgruentia affere
mus·ut unuſquiſq; niſi mente obcæcatus exiſtat: facile huius
uitæ formulæ, calamitates, & pericula cõſpiciet· Fateor igit̃
ſũma eſt dignitas·ſũmus honor, curã aĩaꝝ habere· quod ex
eo facile cõſpicit̃: qm̃ ſũma eſt honoris ꝓrogatiua corporꝝ, re
rumq;: qbus nõ parꝝ animæ pſtant, regimen gerere· Sed oro
cõſyderet rector qlis ipſe debeat eſſe: qui cætos regendos
ĩmo corrigẽdos ſuſcipit·qd tãto ẽ piculoſius: qnto pauci ſeſe
corrigãt·Attẽdat curatus uires ſuas q aĩaꝝ ſarcinã ſup hume
ros portat· Nõ enĩ (teſte Chryſoſt·) dignitas, nõ officiũ fa
cit ſacerdotẽ: ſed ſacerdos officiũ·nec locus ſanctificat hoĩem:
ſed homo locũ·Ideo ſubdit: quia malus ſacerdos aut rector
de ſuo miniſterio crimẽ acqrit: nõ dignitatẽ· Qui enĩ alios
purgãdi curã ſuſcipit: aliis ſanctior purgatiorq; eſſe debet·
Vñ idem Chryſoſt: magna eſt cõfuſio, magnũ piculum ſacer
dotum: qñ laici inueniunt̃ fideliores eis, atq; iuſtiores·Quõ
autẽ nõ erit cõfuſio: illos eſſe inferiores ſubditis: quos etiã
æquales eſſe cõfuſio eſt: Sed int̃ cæta in eo ſacerdotũ curato
rum ĩminens piculum uerſat̃·quia nõ mõ ſua: ſed ut ait Iſi
dorus: pplorꝝ iniqtate dãnant̃: ſi eos aut ignorãtes nõ eru-
diunt: aut peccãtes nõ corrigũt·Quod & beatus Greg·teſta
tur·Ait enĩ quia ſacerdos cauſa eſt ruinæ ppli·Quis enim
ſe pro ppli peccatis interceſſor obiiciet: ſi ſacerdotes (q eam
curam habẽt) grauiora cõmittant: Quare merito grauiſſimo
ſupplicio ſunt deſtinati·Sunt enĩ (eodẽ teſte Greg·) ueluti
aquæ ſacri baptiſmatis·quę peccata baptiſatorꝝ diluẽs: illos
ad regnũ cælorꝝ mittit: & ipſa in cloacã deſcendit·Qui enĩ
aliorꝝ delicta in ſe ſuſcipiũt: non tam ſuã q̃ aliorꝝ uitã in-
ſpicere debent·quia quorꝝ ſudoribus uiuũt: quorꝝ ſanguine
laute paſcunt̃: dignũ eſt ut eorꝝ culpis plectant̃·Hinc idem

Gregorius! qui de oblationibus fidelium uiuunt, quas illi ꝓ peccatis ſuis obtulerūt! ſi comedunt & tacēt· eoꝝ ꝓculdubio peccata mãducant· Quare nõ tã rectoꝝ dignitas extollenda eſt! q̃ illoꝝ periculũ deplorandũ· Quod Bern· ſũmis eiulatibus laccimat̃ ingens! egreſſa eſt iniqtas a Sacerdotibus tuis dñe! qui uident̃ regere pptm tuũ· Nõ eſt iam differẽcia· ut ppts! ſic & ſacerdos· Heu heu dñe deus! quia ipſi ſunt in ꝑſecutione tua p̃mi! qui uident̃ in eccleſia tua pptm regere· Quiſ enĩ aĩaꝝ rector intus nõ affliget̃! cum ſciat curam ſubditoꝝ ſuo ꝑiculo ſuſcepiſſe? De quo ſcribit Sapiẽs! defixiſti extraneũ manũ tuam, illaq̃atus ex uerbis oris tui· Quis eſt curatus aut rector, q infirmat̃ cũ infirmo ſubdito? Quiſ cum ſcãdaliſato urit̃? Quiſ cupit fieri ꝓ fratre anathema & ſubdito? Quis ponit aĩam ſuã ꝓ ſubditis? Quis curatus eſt Samaritanus! qui ligat uulnera Subditi? Quis facit ſecum miſericordiã? Quis ducit eũ in ſtabulũ eccleſiã dei? Quis reddit quæ ultra ei neceſſaria ſũt! qui utinã uitæ neceſſaria ñ auferret? Quis curatus hodie eſt alter Ioſeph, qui frumẽta in egipto diuidat· cum ſint ꝓmptuaria eoꝝ plena? Quis liberet pauperẽ a potente· & inopem cui nõ eſt adiutor? Quis rector eſt hodie mœrentium ꝯſolator? Quis (ut alter Iob) de uelleribuſ ouiũ ſuaꝝ immo eccleſiæ! calefacit pauperes? Quis uiatoribus hoſtia aperit? Quis curatoꝝ dicere potuit cum moyſe! tu ſcis bñ quia nec aſellũ, nec qd aliud acceperim ab eis! nec quemq̃ afflixerim? Quis cũ Samuele audaci anĩo dicet ſubditiſ! loqmini corã dño & corã chriſto eius· utꝝ bouem cuiuſq̃ tulerim aut aſinũ! ſi quẽpiam calumniatus ſum! ſi oppreſſi aliquẽ! ſi de manu cuiuſq̃ munus accepi! illudq̃ reſtituã uobis? Quiſ cum Ambroſio uaſa ſua cõflat! & dat captiuiſ & pauperibuſ? Quiſ cũ Paulino, Nolano epiſcopo (ut inquit Greg·) ꝓ redimẽdo filio parrochianæ uiduæ! mitrã, baculũ, & indumenta pontificalia uendit?

Sed certe iam mutatus eſt color optimuſ · & diſperſi ſūt la-
pideſ ſanctuarii · qui merito ſūt eccleſiaꝝ rectoreſ / qui diſ-
perſi ſūt · nō ſolū in plateis / ſed in capite plateaꝝ · quia pu
blice honorati uolūt de imagine ſanctitatis / in qbus nō eſt
uirtutis exiſtētia nec ueritatis · Sunt enī fermēto phariſeoꝝ
(quod eſt hypocriſiſ) ſaginati / qui mœſto uultu cum fletu ad
altaria dñi uirtutū accedūt · in qbus ſpūſſanctus nō habitat
qui (ut inquit ſcriptura) effugiet fictum / merito repellit eum
dñs & munera eius / quia nō uero corde accedūt · Quos pul-
chre malachias ſignat / operiebatis (inquit) lacrimis altare
dñi / & fletu / & mugitu gemebatis / ut uos ppl̄s ſacrificaret ·
Et (ut paucis multa ꝑtingam) ſolū eis curati & rectoris no
men relictū eſt / cura ipſa atq; regimē periit · Deficit eis pie
tas · manſit auctoritas · qui galli erant / caſtrati effecti ſunt ·
caneſ nō ualenteſ latrare · rectoreſ plebiū uaccę ſamarię ſūt ·
& ditati non mugiunt · nec uia regia gradiunt̄ · Hi (ut dicit
Bern ·) nō tā facile optarēt honoreſ / ſi curæ cōſyderarent la
boreſ · Nec mō ea quæ diximus pericula / rectoreſ & ſacerdo
teſ comitant̄ / ſed alia ɔtra ordinis & officii ſui naturam dam
nabilit̄ āplectunt̄ · Sunt enī inuidi & inobediēteſ ſuperio-
ribus / qbus inuidēt & detrahūt · Rurſus nouū curati facinus
cōmittunt · Non enī cōtentant̄ cæteriſ rectoribus uiuos / ſed
mortuos ſubtrahere parrochianoſ · ꝓcurant enī ſibi in teſta-
mentis aliqd relinq · Taceo ꝙ ſacramentū pœnitētiæ mini-
ſtranteſ / in ipſū ſacramentū cōmittūt · Imponūt enī pœnitē-
tibus miſſas / quas ipſi pecunia ſe celebraturos pollicent̄ · pœ-
nitētias nō diſcretas imponūt · nulli ſūt illis caſus reſerua-
ti · certatim omſ de oībus abſoluūt · miſſas / & cætera eis incū-
bentia ꝓ defunctis onera / nō pſoluunt · celebrāt nō recōcili
ati · uocati cōfeſſioneſ non audiunt · plerunq; ſine ſacramentis
ſubditi eoꝝ negligentia moriunt̄ · admittūt excōmunicatoſ
ad diuīa · nō p̄dicant ppt̄o / ſed a ppt̄o p̄dicant̄ · Quo · n · pacto

predicabunt: qui litteris operã non dederunt: Aut quomõ
alios docebit: quem nullus docuit: Sed uerꝝ eſt illud cæle-
ſtini in q̃dam ep̃la quod ante Hierony. dixerat: quia abiie
ctiſſimæ arteſ addiſcunt̃. ſolũ ſacerdotiũ uilius eſt: quod añ
ſumit̃, q̃ addiſcit̃. auidiuſ quęrit̃, q̃ cognoſcit̃. faciliuſ tribui
tur, cum tñ difficilius impleat̃. Deniq; rectoreſ aĩaꝝ facti
ſũt corporꝝ ſuorꝝ craſſatoreſ. Impinguati enĩ, dilatati, & in
craſſati. buccas rubenteſ hñteſ, diuerſis epulis ſaginati: faci-
le (ut inquit Hierony.) ſpumãt in libidineſ. Sed quid tã
ꝑfunctorie loquim̃ de uinolentia, de crapula, ac cæteris gu-
læ irritamẽtis ſacerdotũ, & alioꝝ qui eccleſiaſtico nomĩe cẽ
ſent̃: Qui aiunt comedamus & bibamus & moriam̃. qui ui-
uunt ut comedãt. quoꝝ deus uent̃ eſt: quia uentri uacant. &
ad uentrẽ (ut ad eoꝝ ſummã fœlicitatẽ & finẽ) cuncta ordi
nant. nec eis ſatis eſt uti cibis qui in ea qua degunt patria
naſcunt̃: ſed deũ & naꝛam emendant. Nam ultra matinis &
forenſibus uinis, ac cum magniſ impenſis adductis ferculis,
ſaginant̃. quibus nõ una ſufficit ꝓuintia. diuerſitate uinoꝝ
lætant̃. nõ cõſyderãteſ. quia unius uini potus patriarcham
Noe per ſex centos ãnos ſobriũ: temulentũ fecit. Et ut hie
ronymuſ ait. Loth per ebrietatẽ inſciens: libidini miſcuit
inceſtum. & quod dictu mirabile eſt: quẽ Sodoma nõ uicit:
uina uicerũt. Sacerdotibus enĩ lex ꝓhibet uini uſum: ſed
& cæteris qui p̃ſunt: ne obliuiſcant̃ iudicioꝝ dei. moderniſ
uero ſacerdotibus & eccleſię miniſtris lõge magis mera ab-
horrẽda forent: q̃bus dignitaſ honorabilior eſt: & operatio
ſanctioꝛ. qui uinolẽtia, ac ipſa exq̃ſita epularꝝ auiditas: mi-
niſteriũ uilificãt. ꝑſonas dehoneſtãt. cõuerſationẽ deꝑpant.
& poſtremo cæteris laſciuiẽdi cãm p̃bent. Teſte enĩ Greg:
cũ maioreſ uoluptati deſeruiũt: nimirꝝ minoribus laſciuię fre
na laxant̃. Taceo cõmemorari dilectã ab eis Philargiã: id-
eſt amorẽ pecunię. Plurimi certe eoꝝ aurꝝ ſitiũt. aurꝝ bibũt

ut cõſeruent carni & ſanguini· Rectoreſ moderni nõ paſto-
reſ: ſed raptoreſ: ouiumqꝫ tonſoreſ: nõ ad uiridia paſcua du-
ctoreſ· nõ piſcatoreſ: ſed negociatoreſ· nõ diſpẽſatoreſ bono
rum crucifixi: ſed uoratoreſ· ſic ſua falſo quærũt: ut quæ ue-
ra ſua ſũt perdat· ꝑ pecuniis celebrãt· coꝛpus chriſti uendũt
cum Iuda· de mãmona iniqtatis ſacramẽta miniſtrãt· Vere-
or ſatis an rem ſacramẽti ꝯferãt· ſacra emunt· ſacra uendũt:
ſed gratiã nõ infundũt/ quã ñ habent· aiunt nihil accipimuſ
gratis· nil damus gratis: dicenteſ quod cõparauimus uendi
mus· quia mercatoreſ parati ſũt uẽdere: quæ carius ipſi eme
runt· ſed his lucꝝ eſt in burſa· damnũ in ꝯſcientia· nulla in
eis grauitas· & ut ait canon: nihil in eis defẽdit induſtria·
Sed audi ꝗ acerbe eos cõminat̃ eccleſia quã offendunt· Ipſa
enĩ clamãs ad ſponſũ ait: duplici cõtritione cõtere eos dñe
deus noſter· quia tãta rapacitas/ tãta ꝓteruitas/ tãta ſegni-
tieſ/ duplici eos pœna conterit/ anima & corpore: dum hic
egere: & in laboꝛe inutili uiuere: & bonis ſuis gaudere nõ
ſinit· tandẽ gehennã uſqꝫ perducit· Qui ergo aureſ habet
audiendi audiat· & inter tot pericula poſitus: uiam quærat
ſecuritatis· qui tã ꝓpinquus eſt diſcrimini tẽpeſtatis· narra
ta pericula nõ pauebit: ſi curã ſubditoꝝ digne tenebit· Pau
cula certe de cunctis eccleſiaſtici ſtatus dignitatibus/ officiiſ
& ordinibus enarrauimus: dulcia parit̃ & amara tangẽteſ·
Quare iam faciemus finẽ· quia finis nõ eſſet: ſi quis conare-
tur plene narrare cunctaſ miſerias & laboꝛeſ aculeos/ & peri
cula huius ſtatus/ uidelicet pontificalis & ſacerdotalis·

Veruntñ ne quis iſta legens ex tãta multitudine laboꝝ
& ꝓnitate ꝑiculoꝝ ſtatũ eccleſiaſticũ perfectũ & dignũ/ aut
reprobet aut damnet: intelligat ſane predicta uera eſſe de
illiſ epĩs & clericis: qui male/ negligent̃/ & ꝑfunctorie curã
paſtoralẽ gerũt: ꝗbus predicta & maiora ꝑicula parata ſũt
Si tñ digne admĩſtrãt: eo maiora grãe p̃mia hñt deſtinata·

Et hoc eſt quod paucis uerbis dicit Aug. quia nihil periculoſius, aut dãnabilius in hoc ſęculo epi & p̄ſbyteri officio. ſi ꝑfunctorie agat̄. ſicut nec beatius & deo acceptius. q̄ ſi eo mō militet̄. quo imperator nr̄ iubet. Itaq; nō eſt periculum in ſtatu. ſed abutētibus ſtatu. nec eſt reprobatio in dignitate. ſed in dec̄pantibus dignitatē. in qua nimiꝝ ſi ſit multitudo laboꝝ. ubi eſt exellentia honoꝝ & pręmioꝝ.

Ca. xxi. De Secundo ſtatu ſpirituali uidelicet religioſoꝝ. & de motiuis & autoritatibus ad ꝓbandū ſtatū eccleſiaſtici ordinis ſimplicit̄ p̄ferendum eſſe ſtatui religionis. & per cōſequens eccleſiaſticū ordinē eſſe p̄eligendū.

Vpereſt agere de Secundo Statu Spirituali uidelicet Religioſoꝝ. & p̄mo adducunt̄ rōnes & motiua ad ꝓbandum ſtatum eccleſiaſticū ſimplicit̄ p̄ferendū eſſe ſtatui religionis. & per ɔſequēs uidet̄, q̄ epi & miniſtri eccleſiæ in dignitate & perfectiōe ſtatus ſint religioſis præferendi. Primo enī illud apte ꝓbare uidet̄ Hierony. Nam & ad Ruſticū monachū ſic inquit. uiue in monaſterio. ut clericus eſſe merearis. Et iteꝝ alius ſapiens. uix bonus monachus mediocrē clericū facit. Et iteꝝ ad heliodoꝝ. alia eſt cā clerici. alia monachi. Clerici oues paſcūt. ego paſcor. illi de altari uiuūt. ego ut ſecuris q̄ſi ad radicem arboris infructuoſæ ponit̄, ſi munus ad altare nō offero. Et iteꝝ. mihi ante p̄ſbyteꝝ ſedere nō licet. Illi. ſi peccauero licet me tradere ſathanæ. Vides ergo dignitatē. & exellentiā clericoꝝ ſup̄ monaſticā uitā. Deniq; quis dubitat bonū publicū p̄ferendū eſſe priuato. Conſtat autē clericoꝝ & prælatoꝝ uitā magis p̄p̄lo fructuoſā foꝛe q̄ religioſoꝝ. Vt enī dicit Greg. nullū deo magis acceptabile eſt ſacrificium. q̄ zelus aīaꝝ. Clerici ergo cum magis fructificent. merito ergo eoꝝ ſtatus mona-

ſticæ uitæ præferendus eſt: qui ꝓprie duntaxat ſaluti intẽ
dit. Demum nemo heſitat, quin heliaſ longe ꝑfectior fuerit
quocunqꝫ monaſtico uiro. quod ex eo maxime conſtat: quia
chriſtuſ Iohannẽ (quo int̃ natoſ mulieꝝ alius nõ fuit maior
in ꝑfectione) inducit. Dicens in euangelio Lucę: ipſe ꝓibit
ante illũ in ſpũ & uirtute heliæ. Et iteꝝ in matheo dicit
Si uultiſ ſcire: ipſe eſt helias. Super quo uerbo Chryſoſto.
pulchre ad ꝓpoſitũ loquẽs: ſi talem aliqñ mihi adducas mo
nachum: qualis (ut exaggeratione dicã) heliaſ fuit. nõ tamẽ
illi comparãdus eſt: qui traditus ppłis & multoꝝ peccata
ferre compulſus: immobił ꝑſeuerauerit & fortiſ. Hi aũt ſũt
eccleſiaſtici & prælati: qui poplorꝝ ſaluti continuo ſtudent.
Sed nec illud obmittẽdũ eſt: qm̃ cui ãplius committit̃: ille
magis meret̃, ſi bñ miniſtrat: q̃ ille cui minus cõmiſſũ eſt.
Conſtat tñ ꝙ uiris eccleſiaſticis & prꝫlatis ãplius eſt cõmiſ
ſum: q̃ monaſticis uiris. Accedit: qm̃ perfectio ſeu ſublimi-
tas alicuius ſtatus nõ acqrit̃ ſine caritate: iuxta illud: ſi ha
buero omnẽ ſcientiã & fidem, ita ut mõteſ transferã: carita-
tem aũt nõ habeã: nihil ſum. Conſtat tñ caritatẽ ꝓximoꝝ
magis ineſſe clericoꝝ ſtatui: ꝓpt aĩaꝝ curã quã hñt. Prætea
ſi meritũ utriuſqꝫ ſtatuſ cõſyderare libet: illud ueriſſimũ eſt
qm̃ meritũ hoĩs cõſiſtit in liberãdo innocẽteſ de manibus
fortioꝝ & tyrãnoꝝ: in quoꝝ perſona dicebat Iob: contere-
bam malos ab iniquo, & de dentibus illius auferebã prędã
Quod magis fit per ſtatũ clericoꝝ & prꝫlatoꝝ: q̃ monacho
rum. Vnde Hierony. ad Paulinum ait: ꝙ ſancta ſimplicitas
ſolũ ſibi ꝓdeſt. & q̃nto plus ædidificat ecclam dei ex uitæ
merito: tãto plus nocet ſi cõtradicẽtibuſ nõ reſiſtit. Demum
magnitudo meriti cõſiſtit in magnitudine conatus, ad uincẽ
dum magnam ꝓmptitudinẽ & incitamentũ ad peccatũ. quia
inquit eccleſiaſticus. ꝑfectus & beatus eſt: qui potuit tranſ-
gredi: & nõ eſt tranſgreſſus. facere mala: & non fecit. Talis

ergo magnitudo conatus potius eſt in ſtatu eccleſiaſticorum q̃ religioſoꝝ. Poſſent in hac re plurima adduci. ſed breuitatis gratia p̃dictis rõnibus cõtentor: q̃bus q̃dam ꝓbare uidenẽ ep̃os, & cęteros miniſtros eccleſię: in ſtatus & dignitatis eminẽtia, & pfectione p̃ferendos eſſe religioſis. & per cõſeq̃ns eccleſiaſticũ ſtatũ eſſe præeligendũ. Veruntñ quid tenendum ſit: in ſequentibus capitulis explicabitur.

Ca. xxii. De p̃ma Camparatione hoꝝ duoꝝ Statuum: uidelicet qualiter hi duo ſtatus clericoꝝ & monachoꝝ ſe habent, alter ad alterum comparatus. & quis eoꝝ ſit ſimpliciter eligibilior, quãtum ad eminentiam & perfectionem ſtatus: ac etiam uitæ & ſanctitatis.

[C]Onſyderãdum rurſuſ occurrit atq; diſcutiendum: q̃liter hi duo ſtatus ſeu uiuendi modi, eccleſiaſticorum uidelicet & religioſoꝝ: inuicẽ ſe hñt, alter ad alteꝝ comparatus: reſpectu eminentioris uitæ & pfectioris ſtatuſ. In quo articulo licz ptima dici poſſent: breuiſſime tñ & ſub quodã epilogo dicendũ eſt ſcd̃m ſanctoꝝ doctoꝝ ſententias, illud eſſe ueriſſimũ: uidelicz ep̃os nõ ſolum cæteros om̃ſ ordineſ & miniſtros eccleſiæ militantis: ſed & cunctos religioſos. & regulareſ uiros pfectiori mõ rep̃ſentare apłoſ & ideo ſup om̃ſ eminentioreſ & in pfectiori ſtatu fore. Nã manifeſtũ eſt, q́ ep̃i ſuccedũt apłis in regimĩe eccleſiæ. Vñ Paulus ad eos ait: attẽdite uobis & uniuerſo gregi: in quo ſpirituſſanctus poſuit uos ep̃os regere eccleſiã dei: quã acq̃ſiuit ſanguine ſuo. Pro qua re apertius declarãda, p̃ſupponẽdum duximus: q́ quattuor p̃ncipalit̃ & ſingularit̃ fuerũt collata apłis a chriſto, & ep̃is eoꝝ ſucceſſoribus: quę magnã in eis exellentiã, & ſtatus pfectionem deſignãt. & in q̃bus ep̃i apoſtoł ſuccedunt: & eos præ cæteris imitanẽ. Primo: uirga

poteſtatiua in ſuſceptione temporalium ſtipendiorꝝ. Vnde
in matheo legimus: præcepit eis ne quid tollerent in uia:
niſi uirgã: ut nomine uirgæ poteſtatẽ a chriſto receptã: de
recipiẽdo tẽporalia ſtipẽdia intelligamus ſcd̃m auguſtinũ.
Secundo: claueſ in iuriſdictione adminiſtratiõis ſacramẽtorꝝ.
Vñ ait chriſtus Petro: tibi dabo claueſ regni cælorꝝ. Ter-
tio: data eſt inſufflatio Spiritus, in remiſſionem peccatorꝝ.
Vnde apud Iohãnem legimus. inſufflauit & dixit: accipite
ſpm̃ſanctum. quorꝝ peccata remiſeritis & cætera. Super quo
uerbo Greg. inquit. licet intueri inq̃ntum culmen gr̃æ per-
ducti ſũt ap̃li: ut uice dei q̃buſdã peccata relaxent: q̃buſdã
retineãt. quorꝝ nũc in eccleſia ep̃i locum tenẽt. Quarto: data
eſt diſpartitio linguarꝝ in p̃dicatiõe ũbi dei: ut in actibus
ap̃torꝝ legimus: quia apparuerũt ap̃lis diſpartitæ linguæ ad
p̃dicãdum uerbũ dei. In his ergo quattuor: ep̃i ap̃tos exel-
lentiori mõ repræſentãt, q̃ q̃cunq; religioſi. & ideo ſunt in
perfectiori ſtatu. Adde q̃ntum. ꝓpter uotum ꝑpetuæ curæ oui-
um ſuarꝝ: uſq; ad animã & ſanguinẽ. In qua re ꝑfectiori mõ
ap̃tos rep̃ſentat: q̃ om̃ſ religioſi. Quod uotũ curæ aĩarꝝ in
cõſecratiõe ſua fecerũt uouẽteſ aĩas ſuas ponere pro ouibus
ſuis. in quo uoto tam excelſæ caritatis om̃ſ religioſos exce
dunt. quia teſte redemptore: maiorẽ caritatẽ nemo habet: q̃
ut animã ſuã ponat quis ꝓ amicis ſuis. Summus g̊ gradus
ꝑfectionis eſt in ep̃is. quia eorꝝ dignitas ꝑfectã caritatẽ iã
acq̃ſitã req̃rit: nõ acq̃rendã. Si uero (ſecluſis ep̃is) p̃ſbyte
ros & cæteros miniſtros eccleſiæ ad religioſoſ cõparare uo-
lumus: hoc tripliciter conſyderare & intelligere poſſumuſ.
Primo q̃ntum ad humani conatuſ uoluntatẽ. Secundo q̃ntum
ad operis q̃litatẽ. Tertio q̃ntum ad utriuſq; ſtatuſ q̃dditatẽ
ſeu p̃mitatẽ. Primo mõ ꝑfert opus operi uel ſtatus ſtatui
ex uoluntate operantis. Qui enĩ ꝓmptiori uolũtate & cum
maiori conatu facit opus ad quod tenẽt: maioris ꝑfectionis

& maioriſ meriti eſt. Si ergo iſto mō opera religioſoꝝ &
p̄ſbyteroꝝ ad inuicem cōparent᷑: incertū eſt, quæ opera ſint
maioris meriti & maioris pfectionis. quia planū eſt, ꝙ illo-
rum opera maioris meriti & pfectionis ſūt: qui cū ꝓmptio-
ri uolūtate, & cū maiori conatu ipſa operant᷑. Secundo ꝟo
mō q̄ntum ad operis q̄litatem: ꝟginitaſ ꝑponit᷑ ꝯiugali ut
uiduali cōtinentiæ in bono. In malo uero homicidiū ꝑpo-
nit᷑ furto. Similit᷑ uita actiua ꝑponit᷑ cōtemplatiuæ: ꝗa fru-
ctuoſior. Cōtemplatiua ꝟo ꝑponit᷑ actiuæ. quia merito ma-
ior & pfectior. ſcd̄m quem modū cōparando aliq̄ opera par
ticularia quæ faciunt p̄ſbyteri: ſunt pfectiora aliqbus ope-
ribus particularibuſ: q̄ religioſi faciūt. ſicut magis eſt inten
dere ſaluti aīaꝝ: q̄ ieiunare, q̄ ſilentium tenere. Et aliqua
opera quæ faciūt religioſi: pfectiora ſunt qbuſdā operibus,
quæ faciunt p̄ſbyteri. Et ita iſtomō hn̄t ſe ſicut excedenſ &
exceſſa. Sed tertio mō comparando opera religioſoꝝ ad
opera p̄ſbyteroꝝ, in ordine ad p̄mā qdditatem & radicem
a qua ꝓgrediunt᷑: puta in ordīe ad radicē illā qua religioſi
totam eoꝝ uitam deo fouere: & ſe, & ſua in chriſti obſequi
um perpetuo tradiderūt: lōge ſunt pfectiora quocunqꝫ ſingu
lari operæ p̄ſbyteroꝝ. Et eodem mō in perfectiōe: uita re
ligioſoꝝ ad uitā p̄ſbyteroꝝ comparat᷑: ſicut infinitū ad fini
tum: ut dicit anſelmus in libro de ſilitudinibus. Quiſ. n.
in bono abſtinentia ſumptiōi cibi ꝑferat᷑: ſumere tn̄ cibū cū
aliquo ꝑpr caritatem: ꝑfert᷑ abſtinētiæ. In malo uero quāuiſ
ad ulteriū ꝑferat᷑ furto: furari tn̄ gladium ad occidendū, eſt
grauius q̄ adulteriū. Sic q̄uis p̄ſbyteri in aliquo particula-
ri opere pōt ꝑferri religioſis: ex adiūcta tn̄ radice ꝑpetuæ
obligatiōis, qua ſe in chriſti obſequm religioſi tradiderunt
ſimplr̄ in perfectiōis ſtatu ꝑferendi ſūt. Et hāc opinionem
aliq eximii doctoreſ tenent. Alii uero affirmāt archidiaco
nos & Curatos & alios inferioreſ eccleſiæ miniſtros eſſe in

exellentiori perfectionis ſtatu· & maxime propter tria: quæ eis ſpecialit̄ cōueniūt· Primo propt̄ poteſtat̄e· Secundo ꝓpt̄ admīſtration̄e officii· Tertio ꝓpt̄ honoris preconiū· Poteſtatem enī receperūt a christo in pſona diſcipłoꝝ: qn̄ dictū eſt eis Lucę· x: ecce dedi uobis poteſtat̄e calcādi ſup ſerpentes & ſcorpiones: & ſup omn̄e uirtut̄e inimici: & nihil uobiſ nocebit· ac ſi diceret: dedi uobis poteſtat̄e eiiciēdi om̄e genus immūdanoꝝ ſpūum ab obſeſſis corporibus: ne putaret̄ eſſe dictum de beſtiis: ut Chryſoſt· exponit· Iſtud aūt repręſentant p̄ſbyteri in ſaccamētoꝝ adminiſtratiōe· Adminiſtrationis uero officium receperūt: qn̄ dictū eſt: in quācunq̄ domū intraueritiſ: p̄mum dicite pax huic domui· Quia· n· bonoꝝ oīm pax mater eſt, ſine qua cętera inania ſūt· ideo chriſtus diſcipulos p̄mo pacem iuſſit offerre: tanq̄ bonoꝝ oīm inicium: quoꝝ miniſtros eos faciebat: ut chryſoſt· dicit· Hos aūt repręſentāt p̄ſbyteri in euāgelii p̄dicatiōe in quo p̄mo nūtianda eſt pax· iuxta illud ad rom· x· q̄ſpecioſi pedeſ euāgeliſantiū pacem: euāgeliſantium bona· Iſtud aūt repręſentāt p̄ſbyteri in plebis curæ ſuſceptiōe· ꝓ qua donec ipſā tenet animā: & uitā ꝓpam tenent̄ exponere· Sed honoris p̄coniū receperūt: qn̄ reuerſi cum gaudio dixer̄t dn̄o· demoneſ etiā ſubiiciunt̄ nobis in nomīe tuo· Gaudebāt enī ut glo· dicit: ꝗ q̄ſi ſublimeſ effecti: terribileſ hoībus & demonibus erāt Hoc aūt repręſentāt p̄ſbyteri in ſubditoꝝ iuriſdictione & cohertiōe· a qbus ſi bn̄ eis præſunt: duplici honore debent haberi: ut dicit apłs· i· thimo· v· Per hæc igit̄ quæ ꝓxime dicta ſunt: cōcludunt aliq doctoreſ, etiā inferioreſ miniſtros eccleſiæ, in eminētia & in pfectione ſtatus: religioſis p̄ferēdos eſſe· uel ſalt̄e eos fore in perfectiōis ſtatu· Hāc itaq̄ opinionem pręd

icti doctoreſ roborare ident̄ per rōneſ & autoritateſ ſuperius allegataſ: cum de exellentia & perfectione epiſcopoꝝ & miniſtroꝝ eccleſiæ actum eſt· ad quas

qui religioſos inferioribus eccleſiæ miniſtris pręferunt· re-
ſpondent·prout in uiceſimoquarto capitulo uidebitur.

Ca·xxiiii· De alia comparatione illoꝝ duoꝝ ſtatuum
Clericoꝝ & Religioſoꝝ int̃ ſe adinuicẽ·uidelicꝫ quis ſit
eligibilior tanq̃ ſimpliciter humanior & tolerabilior.

Oſt prędictam comparationem hoꝝ duoꝝ ſtatuum
uidelicet eccleſiaſticoꝝ & religioſoꝝ q̃ntum ad per
fectionem ſtatus·alia comparatio ſuccedit·quis ui-
delicꝫ hoꝝ ſtatuum clericalis uel regularis eligibilior ſit·
tanq̃ ſimplicit̃ humanioꝛ & tolerabilioꝛ·In qua re(ut mihi
ſane uidet̃)quæſtio ipſa facti eſt·Vterq; enĩ uiuẽdi modus
exellẽtiſſimus atq; ſanctiſſimuſ eſt·in quoꝝ quolibet diuer
ſæ uiæ ad ſalutem reperiri poſſũt· Nec enĩ chriſtus ſpõſus
eccleſiæ plene illi ꝓuidiſſet· niſi ſcd̃m diuerſas infirmita-
teſ,ſeu uireſ ſuoꝝ fideliũ·ſic diuerſos uiuendi mõs ad unũ
tñ dei cultum tendenteſ inſtituiſſet·Hinc ipẽ ait·in domo
patris mei mãſiones multę ſunt·Et iteꝝ ſcribit̃·in uia dñi
alius ſic,alius ſic ibat·omſ tñ non ad diuerſos fineſ· ſed ad
unũ ꝓperãteſ,& ut deo(diuerſis tñ greſſibuſ)famulent̃·& ſi
alius currat·alius plane uadens ei nõ inuideat·cum uterq;
metã attingat·quæ diuerſitas,unitas eſt·quia ad unum dei
cultum diuinitus ordinata·Ea igit̃ decora diuerſitate atq;
fulgida unitate floret atq; ſplendet dei eccleſia·tã pulchra
fideliũ ſuoꝝ unanimi uarietate·Nihilominuſ tñ int̃ iſtos
ſtatus ſeu uiuendi mõs(ut ſup̃ tactũ eſt ex diuerſis caſibus
& reſpectibuſ)alter iſtis·alter illis eligibilioꝛ eſt·Vñ ait
Dionyſius·nõnulli ſũt in uia perficiendoꝝ·& ad ꝑfectionis
acq̃ſitionẽ aliquo indigent·quod aliiſ nõ expedit·Nam ad
depmendas paſſiões·arta uita uidelicꝫ per abſtinẽtiã ac ex-
ercitia & uigiliaꝝ expediret·Aliis uero non hñtibus illas

paſſioneſ: non congrueret·qui forte defectus ſuos alio exer-
citio,uel diuinæ gratiæ auxilio ſupplere poſſent· Nam ue-
luti ſcd͞m doctrinā apti: in uno corpore multa ſūt membra
nō idem officiū hn̄tia:& quod uni ɔgruit,alteri plerunq; eſt
nociuū ſine offenſiōe corporiſ:ſic plerunq; una uiuēdi forma:
quæ aliq̄bus eſt ad ſalutem:aliis cedit in pernitiem·& ecō
tra·Profecerūt certe ſibi & multis in ordine eccleſiaſtico:cō
plureſ quos numerare opoſū foret·adeo ut dicere mihi re-
cte poſſet aliq̄s tanq̄ de ſtell̄ cęli:numera ſi poteſ·Sic Ni-
colauſ fulſit·ſic greg·ſūmuſ ipſe pontifex·ſic paulinus ep̄us
nolanuſ licȝ opulētiſſimuſ:ſed& in regłari & monaſtica ui-
ta effulſit· Item Baſilius·Benedictus·Hierony·Dominicus
atq; Franciſcus·& plurimi q̄bus domus dn̄i referta eſt·Int̄
quos nōnulli aut diuino motu ſupnaq; inſpiratione uocati:
aut uariis ex cauſis ex altero ſtatu ad alteꝝ exſpirarūt· in
quo beati euaſere: ſine tamē ꝑoris ſtatus diminutiōe· Hinc
Benedictus· hinc Dn̄icus & q̄plureſ ſtrictiore feruore deo fa-
mulari cupienteſ,& ſæculi cōſortia fugiētes: ex clericoꝝ or-
dine ad regularē uitā trāſierunt· Hinc rurſus Auguſtinus,
Gregoriuſq; eadem uocati inſpiratiōe & ꝓficiendi fidelibuſ
uberibus zelo ſuccenſi: ex monaſtica religiōe ad eccleſiaſticū
ep̄alis ordinis gradū ſancte & meritorie cōmearunt· Vnuſ
quiſq; igit̄(ꝓut ſcd͞m ap̄lm deſtinauit in corde ſuo)ſic hanc
uel illā uiā eligit:uireſ ſuas cōſyderās ſcd͞m finem ſibi in-
tentum·Eſt enī uterq; ſtatus(ut tactū eſt)nō p̄cepti:ſed cō-
ſilii & ſupererogationiſ·nec imperat̄:ſed ſuadet̄·Et ueluti
de ꝟginibus ap̄ls ait:qui poteſt capere capiat·& de matri-
monio ſcd͞m eundē ap̄lm:plerūq; melius eſt nubere q̄ mori
Ita in hiis ſtatibus dicendum eſt·In q̄buſdam forte utilius
foret:ut per ſpirituale matrimoniū eccleſiæ nubant:q̄ ultra
uireſ inexpertas ſub ſtricta regulari uita retro reſpiciētes:
uitā deſerāt inceptā·Itaq; inexpertis,imbecillibus & infir-

mis putamus: ꝙ ſtatus eccleſiaſtici ordinis tanquã humanior & tolerabilior eſt pręeligẽdus: niſi altiori inſpiratiõe quiſ deſuꝑ ad aliã uitã uocatus: aut ſpũali & corporali adiumẽto roboratus fuerit. Accedit ad hoc: quia eligere actus eſt uoluntatiſ & uirtutiſ. uirtus ergo ipſa ꝯſyderãda eſt(iuxta phm̃)ſcdm electionem medii quod in recta rõne ꝯſiſtit. Eccleſiaſticus itaq̄ ſtatus attẽta humana fragilitate & ꝓmptitudine peccãdi: q̄ndam uiã mediã & rõnabilem uiuendi hr̃e uidet̃. Habet eñi religioſitatis ſatis. habet & aliq̄d humanitatis ſeu laxitatis. Quod: ſi forte dicat̃ religionis uitam etiã eodẽ reſpectu ſimpl̄r fore eligendã: ꝑeo ꝙ habꝫ tolerãtias & moderatiões ſuas ad iudiciũ prȩlatoꝝ: nec ultra pręcipit̃: q̄ rationabilit̃ ſupportari poſſit: & quod dato ꝙ quis in religione cadat: habet reſurgendi remedia ꝑpt intentionem ad deũ erectã: habet deniq̄ fratreſ a q̄bus iuuari põt. Fateor illud uerꝝ fore: tñ illud idem quod eiſdem religioſis ex permiſſiõe fit: ſeu indulgẽtia clericis: fit ex iure communi. Quod eñi tolerat̃ aut indulget̃: cõſtat legi derogare atq̄ aliq̄n ꝓhibitũ eſſe. & ſi aliq̄n ſine cã indulgeat̃: cõſcientia urget̃ & intus bellum naſcit̃: ubi q̄etari ſperat̃. maxime ꝓpter inſtituta & artiſſimas cuiuſq̄ religionis ꝯſtitutioneſ, q̄bus ſe artari uouerunt: & ad multa alia quoꝝ tranſgreſſio aut contemptus mortale plerunq̄ inducit peccatũ: quæ oĩa nõ ita arcte clericiſ cõtingũt. Demum eaipſa remedia: quæ religioſis competũt ex tolerãtia uel fratꝝ preſidio: etiã clericis communia eſſe pñt. Circa Secundũ uero quis ſtatus ſeu uiuendi modus prędictorum præeligendus ſit tanq̄ ſanctior & perfectior: dictum eſt in præcedenti capitulo;

Ca.xxiiii: Aſſignant̃ rñſioneſ ad obiecta cõtra religioſos pro tuenda opinione illoꝝ: qui ſentiunt religioſos eſſe in perfectiori ſtatu: q̄ ſint Decani, Archidiaconi, &

alii inferioreſ clerici poſt epm· ubi diſcutit᷑: quæ ſit perfectior uita: actiua, uel contemplatiua· & de eaꝝ adinuicem comparatiõe· & de aliis hanc materiã tangentibus;

Ibet igit᷑ pro tuenda illa opinione quæ habet inferioreſ miniſtros eccleſiæ, poſt epos nõ æquari religioſis quo ad ſtatum perfectiõis rñdere ad nõnulla obiecta ſuperius adducta: quæ ꝓbare uident᷑ archidiaconos, curatos, & prędictos inferiores miniſtros ad religioſoſ comparatos pfectiorem, aut ſaltem æqlem ſtatum in eccleſia obtinere· Et quanq̃ per ea quæ dicta ſũt, ſatis rõneſ ipꝫ ſolutæ uideant᷑: particularius tamẽ ad ſingulas, ſingulæ fiẽt ſatiſfactioneſ· Primo igit᷑ dicebat᷑: quia monachiſ licitũ eſt trãſire ad ſtatũ pſbyteroꝝ: tanq̃ ad perfectiorẽ· quia ut inqt Hierony· & trãſſumptiue in canone· xxiii· q· i· dicit᷑· ſic uiue in monaſterio: ut clericus eſſe merearis· Rñdet᷑ enĩ ꝙ monachus tanq̃ monachus: nõ habet officiũ clerici exercere· ueruntñ inqñtum litterati & docti ſũt: licite poſſũt ꝓmoueri ad pſbyteratũ, & curã monachalẽ alioꝝ habere· perfectionem tñ ſtatus nõ habet ex illo tranſitu: ſed ex perpetua obligatione uoti· Et ita licet fiat pſbyter: non dimittit pfectionẽ monachalẽ· ideo ſubdit᷑ in prefato decreto: multo tempore diſce: quæ poſtmodũ doceas: & int᷑ bonos, ſemp melioreſ ſectare· Deinde adducebat illud Hierony· ad Eliodoꝝ: ubi dicebat Hierony· mihi ſcilicꝫ monacho añ pſbyteꝝ ſedere nõ licet· illi ſi peccauero: licet me t̃dere Sathanæ· Ex quo uidet᷑ curã aĩaꝝ hñteſ in pfectiori eſſe ſtatu qbuſuis religioſis cõtemplatiõi uacãtibus· aut ſaltem in ſtatu pfectionis eſſe· Sed dicendũ eſt omſ miniſtros eccleſiæ eſſe in pfectiõiſ ſtatu: mõ quo ſup̃ dictum eſt uidelicꝫ ꝑpt officii adminiſtrationem· Sed talis pfectio ſtatus ſcd̃m eos qui hãc opinionẽ tenent: magis accipit᷑ comparatiue q̃ ꝓprie· Vnde Canones

appellāt ſtatū clericoꝝ gradū quendā: ut inferius latius tāgeť. Poſtea uero dicebať bonū publicum ꝑferendū eſſe bono ꝑuato. & cum curati gerāt officiū publicū: quia curā aīaꝝ: quo zelo ſeu officio ſcdm Greg. nullū eſt deo acceptabilius & religioſi ſolum intendāt ꝓprie ſaluti: uideť curatos eſſe in ꝑfectiori ſtatu. Quibus rńdeť: ꝙ quis abſolute intēdere bono publico: ſit maioris ꝑfectionis ꝙ̄ intendere bono ꝑuato. hoc eſt in genere operis ꝑfectio. intēdere tñ̄ ꝑfecte bono ꝑuato: uel ſaluti ꝓprie: preferť illi qui imꝑfecte intendit bono publico. Zelus enī aīaꝝ ſacrificiū eſt acceptum deo: ſi ordinate fit. qui ordo eſt: ut quis ꝑmo habeat curā ſalutis ſuę. & poſtmodū alioꝝ. quia ut ſcribiť mathei. xvi. & tranſumptiue in canone. quid ꝓdeſt homini ſi uniuerſū mūdum lucreť: animæ uero ſuæ detrimentū patiať. Deniq̀ reſpōdent alio mō uidelicꝫ: ꝙ ea quæ dicta ſūt bene ꝓbant curatos, & inferioreſ miniſtros eccleſiæ ſi recte agāt: poſſe eſſe in ꝑfectionis opere: ſed nō in ꝑfectionis ſtatu. Quia ꝑdicti miniſtri eccleſiæ nō ſuſcipiūt plebis aut parrochiæ ſuæ curā cum ꝑpetuo obligatiōis uoto. quod ex eo patet: quia eam deſerere pn̄t. aut renuntiādo. aut per religionis ingreſſum. ſoli ergo epi cū uoto ꝑpetuo ſuſcipiūt curā aīaꝝ. & ideo ſine licentia aplicæ ſedis illā deſerere nō pn̄t. Rurſus quod obiiciť de helia de quo Chryſoſt. dicit: ſi talem aliquē adducaſ mihi monachū, q̄lis helias fuit. nō tñ̄ illi comparādus eſt: qui traditus eſt curę ꝑploꝝ & cetera. Ad qđ diciť: ꝙ Chryſoſtomuſ nō intellexit de ſimplici p̄ſbytero: ſed de epiſcopo Qꝫ ſi loquať de ſimplici p̄ſbytero: nō intēdit preferre ſtatū p̄ſbyteri ſtatui religioniſ: ſed intēdit ꝙ ꝑiculoſioꝛ eſt ſtatus hn̄tis curā aīaꝝ: ꝙ̄ religioſi in cōtemplatiōe uiuētis. & per cōſeqn̄s ſeruare ſe innocentē in maiori ꝑiculo: iudicium eſt maioris uirtutiſ. Sed ꝙ̄uis maioꝛ uirtus requirať ad hoc ꝙ aliqs ſe preſeruet immunē a peccato inť ꝑplos ꝙ̄ in reli-

gione! maioris tñ uirtutis eſt uitare ꝑicula religionẽ intrã-
do: q̃ nõ uitare ꝑicula int̃ ꝓꝑlos uiuendo. Item obiiciebat̃!
quia p̄ſbyteris & miniſtris eccleſiæ magis committit̃ uidelꝫ
cura aĩaꝝ! q̃ religioſis. & per conſeqñs ſtatus eſt maioris ꝑ-
fectionis & meriti. Ad quod dicit̃! ꝙ aliq̃ agere uel admi-
niſtrare dupliciť contingit. Si enĩ ille cui pluſ eſt cõmiſſum
maiora faciat, aut plus ſeruiat! indubie plus meret̃! q̃ ille
cui minus committit̃, & minus faciat. Sed ſi ille cui minus
committit̃ maiora, & ꝑfectiora faciat & plus ſeruiat! magiſ
meret̃ q̃ ille cui magiſ eſt cõmiſſũ & minuſ ſeruit. In utroq̨
igit̃ ſtatu clericoꝝ & religioſoꝝ iſta duo reperiri pñt. per
quæ uis argumẽti ſoluit̃. Ad aliud autem quod dicebat̃ de
merito & perfectiõe quod ꝯſiſtit in cura aĩaꝝ! ſup̃ tñſum eſt
in ſolutiõe ad argumẽtum, quod fiebat de publico & cõmu-
ni bono p̱uato pr̨ferendo. Subſeqñter ñ obſtat quod di-
cebat̃ quia liberare innocẽteſ de manu perfidoꝝ maxime ꝑ-
fectioniſ & meriti eſt. adducẽteſ etiã illud Hieronymi! q̃a
ſancta ſimplicitas ſolũ ſibi ꝓdeſt! ſed tãto plus nocet! ſi cõ-
tradicẽtibus nõ reſiſtit. Dicendũ eſt ꝙ illa magnitudo meri-
ti intelligit̃ ex parte mentis. qñ quis tm̃ ꝓficit in cõtem-
platiõe! ut ꝓpꝫ deũ uelit intendere ſaluti ꝓximoꝝ. etiã cum
aliquo detrimẽto cõtemplatiõis. Hoc enĩ mõ certum eſt ꝙ
ad maiorem perfectionẽ caritatis pertinet q̃ ſimplr̃ uacare
cõtemplatiõi. Et hoc eſt quod Iſidorus in libro de ſũmo bo-
no ait! bonũ eſt igit̃ corporalit̃ remotũ eſſe a mundo. meli-
us tñ remotũ eſſe uoluntate. Optimũ aũt & perfecti meriti
eſt! utroq̨ eſſe ſemotũ. Quod etiã dicebat̃! quia magnitudo
meriti cõſiſtit in magnitudine conatus ad uincendũ ꝓmpti-
tudinem peccãdi. quia beatus eſt qui potuit trãſgredi & nõ
eſt trãſgreſſus. quæ ꝓmptitudo magis ineſt miniſtris eccle-
ſiæ, q̃ in religioſis. Dicendũ eſt ꝙ magnitudo meriti homĩs
erga deũ ex tribuſ põt inſurgere. Primo ex parte merentiſ.

Secundo ex parte principii formalis quo quis meret᷑. Tertio ex parte operiſ meritorii. Si igit᷑ magnitudo meriti pēſet᷑ ex parte merentiſ: q̄n aliqs cōtemplatiōe dei & in chriſti amore tm̄ creuit: ut ad tēpus cupit detrimentū pati ſuæ fruitionis ꝓpter christi gloriā, ad ꝓcurandā ꝓximoꝝ ſalutem mō quo dicebat apl̄s ad Rom. ix. cupiebā ego eſſe anathema a christo ꝓ fratribus meis. de quo Chryſoſt. dicit in libello de laudibus eius: ꝙ ſicut ferrū in ignem miſſū non eſt aliud q̄ ignis: ſic aīa Pauli diuīa caritate incenſa: n̄ erat aliud q̄ caritaſ. Talis ergo puto magiſ meret᷑ in uita actīa ſaluti ꝓximoꝝ intēdens: q̄ in uita cōtemplatiua: cōtemplationi uacās. Vn̄ Paulus hoc elegit tanq̄ maioris caritatiſ & maioris meriti. Electio enī nō eſt niſi de maiori bono. Vn̄ dicit ad Phil. p̄mo: coartor enī ex duobus deſyderiū habenſ diſſolui & eſſe cū christo: quod mihi multo meliuſ eſt. permanere aūt in caritate: neceſſariū ꝓpter uos. Et hoc cōfidēſ ſcio quia ꝑmanebo oībus uobis ad ꝓfectum ueſtꝝ. Sup̄ quo uerbo dicit glō. quod elegit Pauluſ nō q̄d ſibi meliuſ erat: ſed quod multis expediebat ꝓpter caritatē quæ ſup̄eminet oībus. Si uero cōſyderet᷑ p̄ncipium formale quo quis meretur: putant aliq ꝙ maioris meriti eſt cōtemplatiua uita q̄ actiua. Cum enī p̄ncipium formale merendi ſit caritas: ſicut magis meritoriū eſt diligere deū ſcd̄m ſe: q̄ diligere ꝓximum. ſic maioris meriti eſt uita cōtemplatiua, quæ directe de ſuo genere ordinat᷑ ad dilectionē dei. ſcd̄m quē modū intelligit᷑ illud Greg. vi. moral. ultīo ca. martæ cura nō rep̄hendit᷑. Mariæ uero contemplatio etiā laudat᷑: quia magna ſunt uitæ actiuæ merita: ſed cōtemplatiuæ ſūt potiora. Verum ſi cōſyderat᷑ opus meritoꝝ: uident᷑ ſe hr̄e ſicut exellentia & exceſſa. quia reſpectu meriti accidētalis: cū tale meritum det᷑ ſcd̄m genus operis. maioris meriti pōt eſſe actiua uita potior q̄ ꝯtemplatiua. Et iſtomō nedum epī: ſed p̄ſby-

teri & ſacerdoteſ curã animarꝝ habenteſ: in exellentiore &
perfectiore ſtatu ſũt: q̃ religioſi. Et de iſtis loquit̃ auguſt.
Valerio: nihil eſt in hac uita difficilius: piculoſius: laboro-
ſius epiſcopi pſbyteri / aut diaconi officio: ſi pfunctorie agat̃
Sed apud deũ nihil beatius: ſi eo mõ militet̃ quo nr̃ impe
rator iubet. Si uero utrunq; ſeu utranq; uitã ſũmimus reſpe
ctu meriti eſſentialis / quod rñdet caritati tanq̃ radici merẽ
di: putant aliq ſimplicit̃ maioris meriti eſſe cõtemplatiuã
q̃ actiuã. Alii uero famoſi & moderni doctoreſ cõparando
iſtaſ duas uitaſ adinuicem: diſtinguunt. quia q̃ntum ad eorꝝ
ſubſtantiã ſimplr potior / & per cõſeqñs pręferẽda eſt cõtem
platio: ut dicit̃ in ca. niſi cum pridem. de renuntiatiõe. Ipſa
eſt enĩ ſecurior & magis ſuauis. paucıſſimis indigẽs / & ꝓpt
ſe eligẽda tanq̃ quietiſſima. quorꝝ cõtraria cõtingũt operibus
actiuæ. & ſcd̃m hũc modũ comparãdi ꝯtemplatĩa ſimplr eſt
melior / & præferenda actiuæ. Si uero comparant̃ q̃ntum ad
eorꝝ uſum: tũc diſtinguũt. Nã quia uſus reſpicit operis exe
cutionem: executio aũt actionis duo reſpicit: ſcilicz ipſos ad
quos eſt ſcilicz ſubditos: & ipſũ exeqñtem ſcilicz prælatum.
Si pmomõ cõparent̃: ſic actiua pręferenda eſt ꝯtemplatiõi.
quia pluribus utilis eſt. & magis fructuoſa: ut dicit̃ in dicta
decretali: licet illa ſit ſecurior & magis ſuauis. quia in fecũ
ditate ſobolis: lippitudo Liæ / Rachaelis pulchritudini eſt
pręlata: ut dicit Greg. ſup Ezechielem exponẽs illud: erat
Lia lippa / ſed fecunda. Si uero comparent̃ ſecundo mõ: aut
eſt ad illud diſpoſitus & idoneus. aut nõ. ſi nõ: tunc melior
eſt ſibi uſus cõtemplatiuæ. quia ſibi põt ibi ꝓficere. ſed in
actiua: nec ſibi nec aliis. Si uero eſt idoneus: aut accedit uo
catus & neceſſitatus: aut ꝓpa uoluntate. Si ſecũdo mõ ꝯtem
platio præcellit. quia actiua nõ præcellit: niſi ꝓueniat ex
coactiõe & neceſſitate. ſi uero coactus: tũc ſimplr actiua prę-
cellit quo ad uſum eius. & ſic ſiue cogat̃ ab homine uel ex

caritate: uel ꝓpter neceſſitatem ꝓximoꝝ. & talibuſ melioꝛ eſt actiua, q̄ cōtemplatiua. Nam per talem actionē auget̄ caritaſ. & ad perferendū aduerſa: & cōtemplādum optima. & ſic ſua actio eſt melior aliis: q̄ ſua cōtemplatio. eſt etiā maioris meriti. Et ſic patet ꝙ quo ad uſum uitæ præſentis talis actiua eſt ſimplr melior. & ſtatus eius, & etiā opera magis meritoria. Fatem̄ tn̄ ꝙ cōtemplatio eſt realiter prçeligēda. quia pluref inueniunt̄ ad hoc idonei: qui in actione deficerent. Si tamē homo eſſet aſſecuratus, ꝙ ppls indigeret: & ꝙ bene gereret illā curā: etiā ſine ꝑiculo peccati poſſet illam deſyderare & ſe ingere: & uelle magis hoc fieri ꝑ ſe q̄ per aliū. neqꝫ hoc eſſet ꝓſumptuoſū. quia licitū eſt appetere maius meritū: ſicut fecit Iſaias. Itaqꝫ talis uita tanq̄ bona ſimplicit̄ eſt præligēda. Ex qbus aperte mōſtrat̄ quō intelligendæ ſūt rōnes adductæ ꝑ parte illoꝝ: qui putāt ſtatum clericoꝝ, inferioꝝ ab epō: perfectiorē eſſe ſtatui religionis.

Ca. xxv. De Exellentia & Laudibus uitæ Monaſticæ & Religioſæ. Et de pluribus cauſis ꝓpter quas præeligenda ſit q̄ alius uiuendi modus.

Onaſticam Religioſamqꝫ uitā: preconiis laudibuſqꝫ efferre, nō puto aliud fore: q̄ lucem ipſam, facibus adiuuare. Habet enī hoc uitæ genus ea omnia quę ad bene, beateqꝫ uiuendū cōferunt: quæ ad uerā fœlicitatem cōducunt. & ut paucis oīa comphendā: id habet ꝓpꝛium religioſoꝝ uita: ut deo ꝓpinquior, acceptiorqꝫ cęteris eſſe uideatur. Qui enī (inquit apłs) adhæret deo: unus ſpūs eſt cū eo Nam & Hierony. fatet̄ meliores nō poſſe inueniri: q̄ qui in monaſteriis ꝓfecerunt. Vn̄ & Augſt. in libro de operibus monachoꝝ, illos ſanctiores eſſe teſtat̄: qui a cōſpectu hoīm ſeparati: paucis ad ſe ꝓbent acceſſū: ſed deo contemplantur.

Quis enim dubitat quin deſerenteſ mūdum & tumultū ſæ-
culi: & ſe a ſæculi oblectamētis ſegregātes: christo cōformē-
tur & ab eo facilius cōfortent̄: Quod latius ipſe Auguſti.
ꝓſequit̄ ſup illud apocalip. mulier fugit in ſolitudine: ſed
neq illud ꝑmittendū eſt: qm̄ in cæteris huius uitæ occupa//
tiōibus & uiuendi modis, illud hoībus cōmune eſt: ut tēpo
ra tranſeāt & nō redeāt. Religioſi tn̄ uiri illud facile agere
poſſūt. nō tm̄ ne tēpus fugiat: ſed ne pereat. Occupant̄ qui-
dem religioſi aliqn̄ lectiōe plerunq orōne. nec altera alte-
ram impedit: ſed auget. Succedit demū diuini uerbi p̄dica
tio: qua deo nulla gratior occupatio eſſe pōt. Demū itur ad
bonaꝝ artiū ſtudia. Diſcunt enī aut docent ſcribuntq poſte
ris doctrinā ad erudiēdos ſaluādosq homines. nullūq illis
tempus uacuū eſt. Et cum (teſte Cicerone) nihil dulcius bn̄
impenſi tēporis memoria: hac locupletiſſimi ſūt religioſi. In
cæteris ſiqdem uiuendi modis ↄſyderemus hoīm tempora.
Primo infantiā ipſā ſiue pueritiā in uanos ludos. adoleſcē-
tiam & iuuentutē in libidinē & auaritiā. Senectam uero &
Seniū in quærelas: in cruciatus & doloris corporis. in ſuſpi
ria: in lamēta ↄſumimus. Religioſi uero infantiā in artibus
addiſcēdis, in diuino cultu impendo: adoleſcentiā uero in
altioribus ſtudiis: ſenectutē uero in docēdo, p̄dicando, deoq
uacando & cōtemplando: fructuoſe expendunt. Et ut paucis
agamus int̄ monaſticā uitā & cæteras uiuēdi formulas, illd̄
intereſt: quia quo magis illi nitunt̄ ut ſalui fiant: tm̄ iſti
conant̄ ut pereāt. Quinimo q̄ntum illi nos ad ſaluādū inui
tant, adiuuāt, atq cogūt: tm̄ noſipſos ꝑpedimus. Cæteꝝ
Religioſoꝝ uita ex quinq cauſis excellentior atq pfectior
cęteris uidet̄. Primo qdem quia dignior: ueluti quā chriſtuſ
eligere uiſus eſt: & apti ſecuti ſunt. Secundo quia ſecurior.
nam ut inqt Aug. pro mille cadētibus in religione: cadent
decem milia in ſæculari uita. Tertio exellentior eſt uita

monaſtica: quia dultior atq; iocundior· nō eni̅ habet amaritu
dinem cōſeruatio eius· nec tedium conuictus illius: ſed gaudi
um & lætitiā· Quarto quia ſanctior & deo ꝓximior per ad-
heſionem cōtemplatiōis· Vn̄ qdam ſapiens religioſoꝝ uitā
recte per dexterā deſignat· ſæcularē uero uitā per ſiniſtram
unde ſuper illo: leua eius ſub capite meo: & dextera illius
amplexabit̄ me: recte inquit ſæcularis uita ſub leua eccle-
ſiæ ponit̄: quia iuuat ad ſuſtentationē· Sed dextera ideſt ui
ta religioſa, chriſtū ſponſum eccleſiæ āplexat̄: dum eius in-
nocentiæ & cōtemplatiōis āplexibuſ delectat̄· Sed& hiſ
alia quinq; addenda ſunt: ꝓpter quę monaſtica uita ꝑfectiſ-
ſima atq; exellentiſſima habet̄· Primo quia tēporaliū ſollici
tudinis minus habet· Secundo quia ad ſpūalem adheſionem
maiorē habet aptitudinē· Tertio quia maiorē recōpenſatio-
nem ab ea ſperat· Quarto quia in ea maiorē unuſqſque ha-
bet ſui poteſtatē & fruitionē· Quinto quia in ea unuſqſque
facilius uitat humanoꝝ ꝑiculoꝝ ꝓmptitudineſ· Rurſus mo
naſtici uiri nedū in his: ſed plurimis aliis cunctis uitæ mo
dis ꝑferunt̄· Alibi eni̅ negociāteſ foriſ qetem quęrūt: quam
religioſi intra ſe habēt· Illi tēporalibus ſtudēt: ſæcularibuſ
implicant̄: uanitatibus inuoluunt̄: & dum inferioreſ pluri-
mos habere delectant̄: ab interioribus & ſuperioribus elō
gant̄· Diſtrahunt̄ alibi hoīeſ ꝓpter ea quæ foriſ ſunt· & in
fœlicit̄ amittunt precioſiora quæ intra ſe ſunt: ut recte cum
Bern· dicāt: quāto magis ad mundū accedimus: tāto magiſ
a deo recedimus· Deſyderāt eni̅ qui extra religionē degunt
uideri ſapienteſ: dū opeꝝ bonoꝝ penuria, & uera ſapientia
ſtulti efficiunt̄· Credūt foris lucrari: dum ſeipſos perdūt· cæ
leſtia appetere uident̄: dū carnei eis oculi ſunt· Quāto ma-
giſ in tēporalibus reddunt̄ ſolliciti: tāto magiſ a ſpūalibus
efficiunt̄ mendici· Cæci quippe ſunt & duceſ cæcoꝝ· Omnia
enim diſponere, ordinarę & ſcire preſummūt: dum ſeipſos

diſtrahūt. Illa præterea drīa inter ſæculares & religioſos aper tiſſima eſt: qm (ut inquit Hugo de ſancto uictore) in illis uigilat ſpūs dei: dum in cæteris dormit. uiget in illis rō: in iſtis ſenſus: in his rō extinguitur. feruet in illis amor dei in iſtis amor mūdi. hi mūdum diligūt: dum illi relinquūt illi oīm obliuiſcuntur: & unuſqſque unicæ matris ſuæ ɔtinuo recordatur: iſti uero oīm quæ ſūt mūdi recordantur: & ſe obliuiſcuntur. Illi caduca. hæc & terrena āplectuntur: & ad ea ſumopere aſpirāt: dum iſti ea quæ ſupra terrā ſunt deſyderāt. Hi greſſu ꝓpo currunt ad interitū: dum monaſtici ad ſalutē feſtināt. Religioſi oīa ꝓpter deum dimittūt: dum tēporales uiri deū relinquūt ꝓpter oīa. Sed certe non falluntur. ea enī funeſta cæcitas uicem eis reddit. quia cum ꝓpter eos omnia deus fecerit: iſti ꝓpter illa deum dimittūt. quare iuſte eos oīa dimittūt. Sæculares deniq; prudentiores uidentur. in qua re huius ſeculi ſe hoīes comprobāt. quia (ut ſcriptū eſt) filii huius ſæculi prudētiores ſūt filiis lucis. Iſti ad ea quæ dei ſunt tardi, pigri, tepidi atq; inertes ſūt. nec cogitāt quo tēdere debeāt. uiā ſciunt: ſed ſcienter deuiāt. & ſi qui eā neſciūt illā nō īqrunt. Quinimo religioſorum uitā: quia humilem: quia ſæculo abiectā: quia mollibus nō indutā, abiiciunt. & uitā eorum putāt inſaniā. Qui pauloport uidebūt quō computati ſunt in numero ſanctorum & ſors illorum in æternū. Patet ergo huius regularis & monaſticæ ſumma exellentia & perfectio, ſuper cæteros temporales ſtatus.

Ca. xxvi. De Difficultatibus uitæ Religioſæ. & de laboribus & aculeis religioſorum in genere.

Eligioſam atq; Monaſticam uitā laudabilem atq; perfectā, & deo acceptā eſſe: nemo eſt qui ābigat. Verum alia aliis congruunt. & diuerſi ad diuerſa

aptiores ſūt·Deniq aliud eſt religioſū eſſe! aliud religioſe uiuere·Multi nomīe religioſi ſūt! pauci re· Plurimi religioſe uiuere cœperunt! qui ſupſtitioſa uita finierūt· & ut qdā ait ſapiens!dulce negocium, iocundū nomen religionis eſt! ſed pgreſſuſ difficilis!ueluti in quo uitę ſtatu hoī libertaſ, uolūtaſ,ac uoluptas,& affluētia adimitr·& ut breuibus dicam!ipſa quoq q̄ nata ↄcedit!ſancta religio phibet·Fateor in monaſteriis deus ipſe noſcitr!ibi dei notitia,amor, & cultus habentr!ea tn̄ in cæteris uitæ ſtatibus impleri puſſunt· & utinā tā digne!tā recte implerentr ab hoībuſ, q̄ ſciuntr· Scit enī unuſqſque quō placere deo poſſit·idq ſi agat!uere religioſus eſt·Se enī deo ille religat! qui in pietate & humilitate deū colit!& inſolentiaſ ſtirpat·Fateor ea commodius in monaſteriis fieri! ſi facultas corporis aīq uireſ ſuppetunt·Deniq qetem animi in religione monaſtica inueniri aiunt·Quibus ego dicere poſſem! ſi qetem animi ſperas aut optas!cur ergo in bello ſtas?' Quocunq igitr in ſtatu uiuas!quis tibi bellū infert!niſi tu unus?' Quod ergo tu tibi auferſ!quare in alio ſtatu ſperas?' Deniq cōſydera illud Iſidori! qm̄ ad dei qetudinē nō acceditr paſſibus corporis! ſed mentis ſpeculatiōibus·Vidiſti tu plurimos religioſo habitu indutos per inqetudineſ diſcurrēteſ·apoſtatātes!& alios ppter inopiam rerꝝ neceſſariaꝝ ab incepto opere cadenteſ· De qbus ſcriptum eſt!qm̄ ppter inopiā multi deliquerunt· Quanq̄ illud fateor non ſacræ religioni!ſed eorꝝ improbitati imputādum eſt· ueruntn̄ deliberatiōe & cōſilio nō paruo opuſ eſt·Quare(ut ego puto)monaſtica,religioſaq uita ab illis potiſſime eligēda eſt!qui caſum nō timet·Imperfectis enī & fragilibus, & nōdum uitiorꝝ mortificationē ſuperantibus,experiendū dixerim!nō pfitendū!aut uerius differendū·Prætereа Religioſi nōnulli huius temporiſ ab utero regulæ ſuæ aberrāteſ·Quo enī mō ↄuerſentr!quo ue obedi-

entiæ paupertatiſ & caſtitatis tramite religionẽ obſeruent:
tuipſe noſti· In qbus( ut mihi uidet̃)maior eſt ꝑiculi timoꝛ
q̃ ſpeſ ꝓficiendi· Hinc qdam ſapiẽs illud trenoꝝ exponens
Lapideſ ſanctuarii diſperſi ſunt· Plangunt̃( inquit )religioſi
implicati temporalibus negociis: quia nõ eſt actio ſæculariſ
uitę: quã hodie nõ adminiſtrent religioſi· diſcurre ſingulorꝝ
occupationeſ & officia: religioſos adeſſe uidebis· Sæcularia
enĩ negocia ſæculariter pertractãt· ad quæ utinã ꝓficiendi
gratia: aut uocati accederẽt· Sed ꝓhdolor ſeſe ingerũt cupi-
ditatis uel adipiſcẽdæ dignitatis gratia: aut forte laſciuita
tis & habendæ exemptiõis: ut excutiãt collum ab obediẽtia
ſuorꝝ prelatorꝝ: agenteſ ↄtra ꝑncipalia eorꝝ uota: per quorꝝ
obligationẽ poſiti ſũt in ſtatu perfectiõis· Et quanq̃ prauo
rum hoĩm facta, bonos a bono nõ retrahãt: qnimo ſicut pœ
na ſuos actoreſ: ſic innocẽtia ſuos tenet ſectatoreſ· Nihilo-
minuſ hęc quorundã religioſorꝝ praua exempla, & ſi aliquoſ
a religione penitus nõ arceant: cogũt tñ ut differãt quouſq;
ſe experiant̃· Quibus colligit̃ hunc ſtatum non parꝝ laboriſ
& difficultatis habere ;

## Ca·xxvii: Particularius & Latius De Promptitudine periculorꝝ huiuſmodi Status in ſpecie· & de malis Religioſis· & abuſibus illorꝝ;

Oſt difficultateſ & laboreſ prędictos, quos nõnulli
in genere adducunt: circa monaſticã uitã afferũt· &
alia particularis de ꝓmptitudine ꝑiculi huius ſta-
tus· Aiunt enĩ quia ꝑicula monaſticæ uitæ ex plurimis con
ſpicere libet: eo ꝑſertim: quia cum peccata effugere uix poſ
ſimus: cõſtat in eodem genere peccãdi lõgegrauius religi-
oſos peccare q̃ cæteros hoĩeſ· Quis enĩ dubitat( ut Sanctus
Thomaſ refert )religioſũ grauiuſ peccare fornicando contra

uotum continentiæ: grauius peccare contra uotum pauperta
tis: grauius denicꝫ peccare, inobediẽdo cõtra uotũ obedien
tiæ. Deinde quis dubitat religioſũ grauiuſ peccare ex con
temptu. quia (ut ſancti aiunt doctoreſ) per cõtemptũ uideť
ingratus beneficii recepti: cum per religionẽ ſublimatus ſit
ad pfectionis ſtatũ. gnimo & dei filiũ cõculcat atqꝫ uitupe
rat per cõtemptum. Cõtra quos Hierony. cõquæri uideť in
quiens illud Sapientis: quid eſt ꝙ dilectus meus in domo
mea facit ſcelera multa. Denicꝫ g̃uius peccat ꝑpter ꝑmpta
ſcãdala: cum multi eius uitã ut ſpeculum reſpiciunt. Quos
idem Hierony. ſignat. Ait enĩ cũ ꝓpheta hieremia: uidi ſi
militudinẽ adulterii. & iter mendacii. & cõfortauerũt ma
nuſ peſſimoꝝ. nõ ut cõuerteret unuſqſque a malitia ſua. Cõ
fortauerunt inq̃ manus peſſimoꝝ: quia malo eoꝝ exemplo
mali quodãmõ cõfortari uidenť: eos uidelicꝫ ſeqñdo in ſce
leribus: quos ſequi debuerũt pie & ſancte uiuẽdo. Eſt igiť
piculoſus cõtemptus in religioſo. quia (ut thomas ait) cum
religioſus uenit in cõtemptum: incorrigibilis efficiť: & om
nium eſt peſſimus. adducẽs illud Hieremiæ: cõfregiſti iugũ
& dirrupiſti uincula mea. Vñ Bern. ad eugeniũ: quæ maior
puerſitas: qui maior cõtemptus: q̃ poſt perfectiõiſ uotiuam
ꝓmiſſionẽ: uoluntariã obligationẽ: poſt ſacri habitus ſuſcep
tionem: poſt exemploꝝ ꝟtuoſoꝝ patꝝ multitudinẽ & perfe
ctionem: redire ad peccata ſicut canis ad uomitũ. Illoꝝ pcæ
cepta cõtempnere: quos totius uitæ & actionis ſuæ iudices
loco dei elegit. Et ſbdit: magna monachi dignitas: ſed ma
gna eius damnatio: ſi quæ ſũt monachi, agere prætmittit.

Ceteꝝ huius ſtatus laboreſ & difficultateſ non negauit
auguſtinus, ad Vincentiũ donatiſtã. Ait enĩ: fateor caritati
ueſtræ corã dño deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper aĩam meã, ex
quo deo ſeruire cœpi: quoniã difficile ſum expertus melio
